tias q̄z decimas ⁊ quecūqz nouerant fide
liter. ❡ Ubi ſciendū ꝙ p Ezech. qui inter
pretat auxiliū dñi vel cōfortauit me dñs
intelligit xp̄s: de quo cōfortando populū
dñi dictū fuit. 2. Parali.2. Cōſidētes ſta
te videbitꝭ auxiliū dñi ſup vos o iuda ⁊
ier$^{m}$ nolite timere: cras egrediemi ⁊ dñs
erit vobiſcū. Iſte igit i domo dñi. i. i glīa
padiſi horrea p̄cep̄ preparari. i. ſm̄ diuerſa
merita: mltitudinē mānonū. ❡ Ui ſignā
ter dr̄ ꝙ in horrea intulerant tam primi
tias q̄z decimas: ⁊ qcūqz nouerāt fidliter
⁊ volūtarie: q: ex opib⁹ iuſtitie fideliter
factis: ſancti remunerabunt in glīa: iuxta
illud ꝙ dicet xp̄s iuſtis Math.25. Ueni
te benedicti p̄ris mei poſſidere patū vo
bis regnum a conſtōne mundi. Ad ꝙ ⁊c.

❡ Dominica in ſeptuageſſima. Eua$^{m}$.19.

Simile eſt regnū celoꝝ: hōi
patrifamilias q exijt p̄mo
mane conducere operarios
in vineā ſuam. Mathe .20.
Nos videmus p expienti
am ꝙ qñ aliqs ex labore ſuo magnuz ex
pectat premium ꝙ q̄uis labor ſit difficil'
tamen facilius ⁊ labētius opatur. Uide
mus ēt ꝙ qñ qs ex puo labore magnam
remūeratōem acqrit: lz opando prius ne
gligēs fuerit: tñ cōſiderādo remuneranꝭ
munificētiam pp precedētem negligētiaz
nō dſperat. ❡ Scā igit mr̄ eccl'a: cui ē cu
ra d ſuis filijs vt nos ad bonū iducat: vo
lēs nos ad laborem inducere vt dimiſſis
dlitijs corporis: dō incipiam⁹ ſeruire ho
die cātus dimittit leticie. Nam al' claudit
nec dr̄ glīa in excelſis: ⁊ nob ꝑpōit magnū
p̄miū ꝙ ex nr̄o labore q̄z modico expecta
mus: ⁊ ne alicui excuſatō pateat diuerſita
tem ꝑponit laborantium ⁊ magnitudinē
premij vt null⁹ in q̄cunqz gradu vel ſtatu
poſitus cāz habeat negligētie: qnimo ma
gis exercēdi ſe i opibus v̄tuoſis. Hoc āt
nob oñdit pabolaz euāgelij hodierni. In
q̄ xp̄s q̄ttuor tāgit'.ſ.

Die miſeratōis indicium.
Supne largitōis preſagium.
Humane admiratōis ꝑdigium.
Future adeptōis iudiciū.

❡ P$^{m}$ ꝑbat generalis iuitatō. $2^{m}$ libalis
p̄miatō. $3^{m}$ eq̄lis retributō. $4^{m}$ final' aſſe
cutō. P$^{m}$ i p̄n. $2^{m}$ ibi. Cū ſero āt ⁊c. $3^{m}$ ibi
Et accipiētes mur. ⁊c. $4^{m}$ ibi. Sic erit no
uiſſimi ⁊c.

Prima pars.

Quantum ad p$^{m}$ vbi tāgit ⁊c. ꝙ
ꝑbat ⁊c. dic. Sil'e ē regnū celoꝝ
⁊c. vbi ſeptē poſſum⁹ ꝯſiderar̄.ſ.

Quid ſit regnum celoꝝ.
Quis paterfamilias.
Quid vinea.
Quid operarij.
Quid ſint hore.
Quis exitus patrisfa.
Quid denarius.

❡ Quātū ad primū ſciendū ē ꝙ p regnuz
celoꝝ intelligit eccl'ia militans q: in ea ⁊
nō alibi regnū celoꝝ acquirit. vel q: in ip
ſa p fidē ⁊ gr̄az xp̄i regnat. Uñ apl's nos
fideles quos deus ſic vocauit ad fidē ⁊ re
gnum ex ſua benignitate nō ex nr̄is me
ritꝭ docet regratiari Coll'.1.d. Gr̄as agen
tes deo ⁊ p̄ri qui nos dignos fecit in p̄tē
ſortis ſcōꝝ in luie qui eripuit nos de po
teſtate tenebraꝝ ⁊ tranſtulit in regnū filij
dilectiōis ſue in quo hēmus redēptionez
⁊ remiſſionē peccatoꝝ. Infideles eni ſunt
in tenebris ⁊ vmbra mortꝭ: qñ āt ad fidē
catholicā ⁊ regnū dei vocant tūc tranſſe
runt ad lumē i quo quidē luie ⁊ regno. i.
in eccl'ia militante redēptionē ⁊ remiſſio
nē peccatoꝝ aſſecunt p diuinā miſericor
diā mediātibus ſacramētis trāſlati igitur
ad lucē debēt regratiari deo cui⁹ benigni
tas eos attraxit. ❡ Quis ſit p̄rfamilias
p ipm intelligit deus q dr̄ hō rōne pieta
tis in cōdonādo nobis naturalia: i relaxā
do vicia. Pater autem familias dicitur
ratione creatōnis: gubernatōnis ⁊ inſtru
ctionis. Unde ſibi dicitur Is .63. Tu do
mine pater noſter es ⁊ redemptor noſter
a ſeculo nomen tuum. ❡ Sed licet iſta
beneficia nobis contulerit: tamen multi
non recognoſcent ab eo ſibi reuerentiam
exhibendo iuxta quod ipe conquerendo
dicit Malac.1. Filius inquit honorat pa
trem ⁊ ſeruus dominum ſuum. ſi ergo p̄r
ego ſum: vbi eſt honor meus: ⁊ ſi dominus
ego ſum vbi eſt timor meus. Licet autez
miſerrimus peccator recedat ab eo: ipſe
tamen ſua ſolita pietate non deſerit ho
minem. ſed quantuz in ſe eſt ipm reuocat
vt dimiſſis vitijs ipm patrem cognoſcat.
❡ Hoc autem fuit nobis figuratum Je.
3. ſb metaphora mulieris adulterē diſcedē
tis a viro quam dominus ad ſe per ſuam
miſericordiam reuocat. d. vulgo dr̄: ſi di
miſerit vir vxorem ſuam ⁊ recedens ab
eo duxerit virum alterum: nunqd reuer
tetur ad eam vltra: nunqd non polluta ⁊
contaminata erit mulier i$^{a}$. tu autem for
nicata es cum amatoribus multis. tamē
reuertere ad me dicit dominus. ⁊ ego ſu
ſcipiam te. leua oculos tuos in directum
⁊ vide vbi nunc proſtrata ſis. ergo ſaltim
amodo voca me pater meus dux virgini
tatis mee tu es. Ubi ſciendum ꝙ ſpiritua
liter loquendo xp̄s dicitur ſponſus ani
me q̄z ſibi diſponſat in baptiſmo gratiam
infundendo que tādiu ſpōſa eius dicitur
q̄zdiu conſeruat gratiam: quando vo pec
cat mortaliter tunc recedit ab ipo. ⁊ tunc
eaz dimitter dr̄: dū ꝑmittit eā ſeq arbitri
libratē: ⁊ tē vir aliū accip: qñ obedit ſug
geſtiōib⁹ dyaboli: mūdi blāditijs ⁊ dlitijs
carnis ex qb⁹ ꝯtaiata dr̄ ⁊ polluta ❡ Hec
āt miſaz aiaz ſic a xp̄o recedētē ſua ſolita
mia cū reprehēſiōe p̄rna ipaz d ineſtigatōe
dlictoꝝ ad ſe reuocat. d. tu fornicata es cū
amatorib⁹ tuis. vbi tāgit aie feditatē q̄ i
currit ſenſuales dlitias ſeqndo: tñ cui dicē
ꝙ ad ſe reūtat ⁊ ipaz ſuſcipiet: tāgit pieta
tē bēigniſſimā ipaz reuocādo. cui nihilo
min⁹ addit ꝙ i directū leuet oculos vt vi
deat ſua dlicta: tangit circōſpectōez q̄z dz
hr̄e aia in culpā cognoſcēdo: cui cōcluden
do dicit: ergo ſaltem amodo voca me ⁊c.
tāgit bōitatē ⁊ ſapiaz ipaz dirigēdo. Iſte
p̄r familias pōt figurari p Booz. de quo
dr̄ ſententialr̄ Ruth.2. quod dixit Ruth

ad ſocrum ſuam noemi:ſi iubes vadam in
agrum ⁊ coligã ſpicas que metentium fu
giunt manꝰ vbicũqꝫ clemẽtis in me pr̃iſ
familias repereoꝛ gr̃am:q̃ venit in agro
Boozqui fuit ſibi clemẽs . ⁊ dixit ꝙ ſecu
re colligeret.⁊ ꝙ hoꝛa veſcẽdi veniret ad
meſſoꝛes ⁊ comederet panẽ ⁊ intingeret
bucellã in aceto.ꝙ ⁊ fecit ⁊ qꝛ fuit pꝛudẽs
⁊ ſollicita:Booz accepit eam in vxoꝛem .
¶ Ubi ſciendũ ꝙ p Booz qui interpꝛeta
tur in quo eſt robur intelligitur deus de
quo dr̃.1.Re.2.Nõ eſt foꝛtis ſicut deus nr̃.
Iſte dr̃ clemẽs:qꝛ ſua clemẽtia oẽs regit
⁊ gubernat.iuxta illud.2.Paral.30 .Piꝰ
enim ⁊ clemẽs ẽ dñs deus nr̃.⁊ non auer
tet faciẽ ſuã a vobis ſi reuerſi fueritis ad
eũ. Per agrũ ãt ꝙ hꝫ iſte pr̃familias in
telligitur mundꝰ. Per ruth ãt que inter
pꝛetatur vidẽs intelligit quilibet fidelis
qui dꝫ deũ videre eiꝰ beneficia cõtẽplãdo
Ad ꝙ cõfoꝛtat Iſa.30 .Erunt oculi tui vi
dentes pceptoꝛẽ tuum.dꝫ ẽt videre quali
ter ſapiẽter incedat.iuxta Ephe .5. Uide
te itaqꝫ fratres quõ caute ambuletis: nõ
quaſi inſipiẽtes:ſꝫ quaſi ſapiẽtes redimẽ
tes tp̃s quãtũ dies mali ſunt. Per meſſo
res intelligunt virtuoſe laboꝛãtes in hoc
mũdo:quos quilibet fidelis inſtar Ruth
dꝫ ſequi.dꝫ ẽt in aceto bucellã intingere.i.
cõſiderare paſſiõis xp̃i beneficiũ q̃ p ace
tum ãcerbũ deſignat . ¶ Si ãt ſic fidelis
quilibet inſtar Ruth i bonis opibꝰ pſeue
rauerit paſſionẽ xp̃i iugiter meditãdo ip
ſam ſibi deꝰ inſtar Booz in ſpõſã accepit
in pñti p gr̃am ⁊ in futuro p gloꝛiã.iuxta
ꝙ ipſe dicit Oſee.2.Sponſabo te mihi in
ſempiternũ.¶ Quantũ ad tertiu.i. quid
ſit vinea.ſciendũ ẽ ꝙ pꝛimo p iſtã vineã i
telligit aia cuiuſlibet hois cuiꝰ rõ eſt qꝛ
ſicut vinea cõſtat ex multis vitibꝰ:ita aia
cõſtat ex multis potẽtijs quibꝰ dñs eam
adoꝛnauit. Hanc vineaꝫ deus plãtauit in
terra.i.in coꝛpoꝛe terreno. Hanc deus trã
ſtulit ob tenebꝛis peccatoꝝ ad lucẽ gr̃e i
baptiſmo. ¶ Hec eſt vinea q̃ꝫ dum viui
mus debemus fodere p humilitatẽ ⁊ obe
dientiam:putare p paupꝛtatem ſupflua ab
dicando:extẽdere p caritatẽ pximum di
ligendo:ligare p caſtitatẽ: coꝛpus mace
rando ⁊ ſic ſe exercẽdo perueniet ad glo
riam. ¶ Hoc ãt fuit figuratum Leuit.25.
vbi dr̃.6.ãnis ſeres agrũ tuũ ⁊.6.ãnis pu
tabis vineã tuã colligeſqꝫ fructus eiꝰ.7.
ãt ãno ſabbatũ terre requietiõis dñi agrũ
nõ ſeres ⁊ vineã nõ putabis. Ubi ſciendũ
ꝙ in homine ſunt due ptes. ſ.coꝛpꝰ ⁊ ani
ma:coꝛpus intelligit p agrum anima ve
ro p vineã. Nã ſicut ager incultus gene
rat ſpinas ⁊ tribulos.ita in coꝛpoꝛe mul
ta peccata naſcũtur.ſicut ãt vinea fert fru
ctum ſuauẽ:ſic anima in ſe ꝯtinet ſuauita
tem cõtemplationis. ¶ Dr̃ ãt ꝙ ager. 6.
ãnis dꝫ putari. Ubi ſciendũ ꝙ p numeruꝫ
ſenarium in quo deus fecit mundũ:intelli
gitur vita actiua in q̃ hõ ſe dꝫ exercitari
in opibus bonis. Uineã autẽ. i. animã dꝫ
putare auferẽdo vitia:vt fructus vberio
res faciat. ¶ In iſtis autẽ.6. ãnis dꝫ fru
ctus tam agri q̃ꝫ vinee recolligere. i. opa
ad ſui meritũ cumulare.7. ãno dr̃ eſſe ſab
batum ⁊ requies dñi. i. cõtemplatio ⁊ re
quies q̃ ſequit vitã actiuã. ¶ Signanter
autẽ dr̃ ꝙ ãno.7.agrum non ſeret nec pu
tabit vineam:qꝛ ipſe in btã requie:in cele
ſti pr̃ia:nec coꝛpus indigebit cultura nec
anima vt putet ſꝫ omnia erũt opulenta.
¶ Sed multotiẽs contingit ꝙ hõ qui d
beret vineam.i.animã excollere : tñ eam
dimittit ſine fructu:ſꝫ magis p peccata hꝫ
eam diſſipatam. ¶ Hec ẽ vinea de q̃ ſen
tentialiter dicit dñs Iſa.5.ꝙ plantauit vi
neam ⁊ ſerpiuit eam ⁊ hedificauit turrim
in medio eius ⁊ toꝛcular extruxit in ea
expectans vt faceret fructũ ⁊ fecit labꝛu
ſcas. ¶ Ubi ſciendum ꝙ hanc vineam.i.
animam plantauit deus in terra. i.in coꝛ
poꝛe terreno ;ſerpiuit eam qñ dedit ſibi
cuſtodiam angeloꝛum hedificauit turrim



qui eſt locus foꝛtitudinis:qꝛ dedit ſibi li
berum arbitriũ : ꝙ eũ nemo põt cogere :
extruxit toꝛcular:qꝛ dedit ſibi conſcientiã
remoꝛdentẽ inſtar toꝛcularis vuam cõpꝛi
mentis. ¶ Lꝫ ãt ſic aiaꝫ oꝛnauerit vt fru
ctus faceret:tñ fecit lambꝛuſcas . Naꝫ ex
aia deꝰ multociẽs expectans opa bona :
tñ facit vitioſa . ¶ Aduertat tñ peccatoꝛ
miſerimꝰ qd de ipſo cõminãdo dicat dñs
Iſa.5. oñdam inqt vobis qd faciam vi
nee mee auferam ſepem eiꝰ ⁊ erit in dire
ptionẽ diurnam maceriam eiꝰ ⁊ erit in cõ
culcationẽ ⁊ ponam eam deſtam : nõ pu
tabit nõ fodiet ⁊ aſcẽdẽt in eam vepꝛes
⁊ ſpine ⁊ nubibꝰ mandabo ne pluant ſup
eam ymbꝛẽ. ¶ Ubi ſciendũ ꝙ qñ deus vi
dit ꝙ hõ non opat virtuoſe :ſꝫ vitam ducẽ
cũ peccatis auferret ab ea ſepẽ ⁊ macerieẽ
i.angeloꝝ cuſtodiam. ⁊ ſic in dirꝛeptionẽ
⁊ conculcationẽ efficit:qꝛ tũc occurꝛẽtibꝰ
malis cogitatiõibus aia cõculcat ⁊ fit de
ſerta:qꝛ ab angelis deſerit : a qbus añ ſe
cuabat. ¶ Dr̃ auteꝫ ꝙ nõ putat nec fodit
qꝛ miſer dũ in vitijs pſeuerat ab ipſo non
amputat nec fodit deſideriũ mundanaꝝ
cupidinũ. Cõſequenter igit ſequit vt ſup
ipam aſcendant vepꝛes ⁊ ſpine. i. peccata
cumulẽtur. ¶ Terꝛibile eſt aũt ꝙ ſeqtur
ſ.ꝙ mandat nubibus ne pluant ymbꝛẽ:qꝛ
peccatoꝛ ſe reddit idignũ vt humoꝛ gra
tie aiaꝫ diſponẽtis ad fructũ ſibi a deo in
fundat. ¶ Secũdo p vineam intelligit ec
cleſia militans iuxta illud Iſa. 5. Uinea
dñi exercituũ domꝰ Iſrael ẽ. Iſta eccl'ia i
ſtar vinee plantat in gẽtiũ ꝯuerſiõe:puta
tur in baptiſmatis ſuſceptiõe ⁊ peccatoꝝ
remiſſiõe:excollit in ſcã pdicatiõe floꝛet i
fidelũ honeſta cõuerſatione fructificat in
bonoꝝ opum multiplicatiõe ⁊ meritoꝝ cu
mulatiõe.vt de ipſa dicat dñs illud Je.2.
Ego te plantaui vineaꝫ electam oẽ ſemẽ
verũ. ¶ In iſta igit uinea quilibet dꝫ vt
vitis ⁊ arboꝛ bõa fructificare :ſꝫ multi ſũt
qui ecõuerſo nunq̃ꝫ ſe exercent in opibus
bonis ſꝫ malis:quibꝰ coiatur a dño pena
eterna. ¶ Iſti figurant p illam arboꝛem
de q̃ ſimilitudinarie dicit xp̃s Luc.13. Ar
boꝛem fici hẽbat quidam plantataꝫ in vi
nea ſua ⁊ venit q̃rens fructũ in illa ⁊ non
inuenit.dicit autẽ ad cultoꝛem vinee:ecce
anni tres ſunt ex quo venio q̃rẽs fructuꝫ
in ficulnea hac.⁊ nõ inuenio:ſuccide ergo
illam:vt quid terꝛam occupat .At ille rñ
dens dixit illi dñe dimitte illã ⁊ h anno
vſqꝫ dũ fodiã circa illã ⁊ mittã ſtercoꝛa ⁊
ſi quidẽ fecerit fructũ:ſin aũt in futurum
ſuccides eam. ¶ Ubi ſciendũ ꝙ p iſtũ ho
minem deus intelligit. Per vineam mũ
dus vel eccl'ia militãs . Per arboꝛẽ vero
fici.quilibet hõ qui dꝫ eſſe arboꝛ fructifi
cans deo ⁊ ſibi . Per cultoꝛẽ ãt huius vi
nee ſũmus pontifex ⁊ ceteri boni plati:q
bus deꝰ cõmiſit curã ecclie general'r ⁊ cu
iuſlibet ſingul'r.vel ẽt ſci angeli ad cuſto
diam hoium deputati . ¶ Uenit igit deꝰ
ad hoiem ſignificatũ p arboꝛẽ.tribꝰ annis
querẽs fructũ ⁊ nõ iuenit. Ubi ſciendũ ꝙ
p iſtos tres ãnos intelligit vita hois ge
neraliter:q̃ general'r diſtinguit i tres par
tes.ſ.in tp̃s augmẽti:in tp̃s ſtatꝰ.⁊ in tp̃s
decremẽti:ſiue in iuuẽtute :virilitate ⁊ ſe
nectute. ¶ Uenit igit deꝰ pꝛio ad hoiem
⁊ querit ſi in iuuẽtute fecit aliquẽ fructũ
boni opis.⁊ nõ iuenit:qꝛ ipam expẽdidit
in delitijs carnis.d.cũ ipĳs illd Sapi.2°.
Fruamur bõis q̃ ſunt ⁊ vtamur creatura
tanq̃ꝫ in iuuẽtute celeriter vino ptioſo ⁊
vnguẽtis nos ipleamꝰ .⁊ nõ ptereat nos
flos tpis coꝛonemꝰ nos roſis anteq̃ꝫ mar
ceſcãt nullũ pꝛatũ ſit ꝙ ñ ptereat luxuria
nr̃a nemo noſtrũ ſit exſoꝛs luxurie noſtꝛe
vbiqꝫ relinq̃mus ſigna leticie quoniã h ẽ
ps noſtra h eſt ſoꝛs nr̃a. ¶ Sꝫ aduertant
miſeri ſic.d.quid ſeqtur. Hoc cogitauert
⁊ errauerũt excecauit eni illos malitia eo
rum ⁊ neſcierũt ſacramẽta dei:neqꝫ mer
cedem ſpauerunt iuſtitie. ¶ Uenit etiam
ſecundo.i .in virilitate.⁊ querit fructum

⁊ nõ inuenit:q: ipſam expendidit in ſuper
bia ⁊ excellentijs terrenis.Sz tal' aduer
tat qd ſibi accidit i die iudicij:q: tũc quã
tum ſe exultauerit p ſuperbiã:humiliabit
p penaz:iuxta illud Iſ.2°.Domin⁹ exer
cituũ ſup omnem ſupbum ⁊ excelſuz:⁊ ſu
per oẽm arrogãtem ⁊ humiliabit.❡ Ue
nit nihilomin⁹ 3° anno.i.i ſenectute:que
rens fructũ:⁊ nõ inuẽit:quia ſicͭ miſer na
turaliter ꝑpter ſenectutem incuruat ad
terrã ita mentalr̃ ẽ ad auaritiã obſtinat⁹
q: teſte Beda Cum cetera uicia ſeneſcen
te hoĩe:ſeneſcant:ſola auaritia iuueneſcit.
❡ Sed tñ aduertat miſer ſenex ⁊ auar⁹
qd ſibi dñs dicit Iſ.57.Propter iniqui
tatem inqt auaricie eius iratus ſuz ⁊ pcu
ſſi eum:abſcõdi a te faciẽ meaz ⁊ redigat⁹
ſum.❡ Ueniẽs igit d̃s ad miſerũ hoĩem
⁊ nõ inueniẽs fructũ:p̃cip̃ vt ſuccindat
cruciaturus eternalr̃ p ſñiaz mortis.Uñ
Mat.7°.Omnis arbor que nõ fac fru
ctum bonũ excidet ⁊ in ignem mittetur.
❡ Sz adṽtat miſ peccõr nõ obediens ꝑla
tis qd ex pietate dñt ad dñm ſic ſeueraz
ſñiam cõminantem:dñe dimitte illam ⁊c.
Ubi ſciẽdum ꝙ vidẽtes ꝑlati ⁊ angeli ꝙ
peccator ꝑpter ſuam maliciã meret ſñiaz
a dño inferẽdam:cõpaſſi fragilitati illi⁹
⁊ deſiderãtes eius cõuerſionez q̃ʒq̃ʒ i pec
catis vixerit:rogãt ut adhuc det ei ſpaciuz
penitẽdi.Unde dñt dñe dimitte illaz ⁊ h̃
anno.q.d.⁊ ſi nõ i dictis tẽporib⁹ miſ pec
cator fecͭ fructũ tñ da ſibi aliqd̃ ſpaciũ pẽi
tendi ⁊ ad te cõuertẽdi p pñiaz.❡ Quid
aũt ꝑmittant ꝑlati ⁊ angeli circa peccato
rem obſtinatũ audi qd ſequit:vſq; dũ fo
diaz circa illã ⁊ mittã ſtercora. Ubi ſcien
dũ ꝙ ſicͭ qñ circa arborẽ fodit:amouet ter
ra:ſic peccator fodi dicit:quando a corde
eius per ꝑdicationem ⁊ doctrinam p̃ſi
dentiuz amouet amor terrenoꝝ:tẽ ãt ſter
cora vel fimus ad radicem ponit:quando
cor hominis cogitat ſuam uilitatem:cõſi
derando qd eſt ⁊ quid erit.❡ Si igitur
h̃ cogitans voluerit ad penitentiam con
uerti:meretur indulgentiã.ſin autem per
ſententiaz mortis ſuccinditur ⁊ traditur
penis eternalr̃ cruciandus.❡ 3° per vi
neam intelligitur penitentia que admod̃
vinee aſpera videtur exterius inſtar vi
tum que habent aſperitatem in cortice:
tamen ſicͭ vites affert fructum ſuauem
quia vinum dulciſſimũ:ſic penitentia me
retur ſuum premium: quia eternam glo
riam.❡ In iſta vinea debemus laborare
vt fructum accipiamus ex ea:⁊ licet i ea
multociens aduerſetur nobis dyabolus
volens impedimenta preſtare:tamen ipi
debemus reſiſtere cũ conſtantia.❡ Hec
autem fuit figuratum iudic.14.vbi ſentẽ
tialiter dicitur ꝙ cum Sanſon deſcende
ret in tãpnata ⁊ vẽiſſet ad vineas opidi
apparuit catl's leonis ſeuus rugiẽs ⁊ oc
currit ei:irruit autem ſpiritus domini in
Sanſon: ⁊ dilacerauit leonem quaſi edũ
in fruſtra diſcrepẽs:nihil omnino habẽs
in manu.❡ Ubi ſciendũ ꝙ per Sanſon
qui interpretat ſol fortis intelligitur vir
penitens qui admodũ ſolis hz virorũ in
telligentiã ⁊ inſtar viri fortis agreditur
ardua:⁊ i ipis firmiter ꝑſeuerat.❡ Hic
ãt i tãpnata deſcẽdere dr̃ qui interpretat
necans exploratores odoris quia penitẽ
tia eſt vinculũ ligans ⁊ ſtringẽs peniten
tes explorãtes ⁊ inquirẽtes odorem ſua
uiſſimũ ⁊ refectionẽ ſupnã.❡ Sz aduer
te qd ſubdit.Nã cum veniſſet ad vineas
opidi apuit ei catulus ⁊c. Nã multociẽs
accidit ꝙ hoĩ exiſtenti in vinea fructiſe
ra penitẽtie aduerſat dyabol⁹ q ió ſeuus
⁊ rugiens dr̃:q: hoĩem exiſtentẽ in pñia
ſeu malignitate nitit ꝑturbare.❡ Cõfor
tari ãt dz penitẽs.⁊ ad deum recurrere vt
ad ſingular̃ refugiũ.⁊ ſic in ipz ſaliet ſps
dñi ſicut in ſanſonẽ.⁊ leonẽ.i.dyabolũ in
terficiet ⁊ dilacerabit in fruſtra:dum reſi
ſtens ſuis tẽptationib⁹: a ſe viriliter effu
gabit.❡ Conſideret tñ modum fugãdi



dyabolum:q: nihil oĩno habens in manu
nam inter oĩa p que ſupatur dyabolus ẽ
cũ ſpretis terrenis delicijs hõ contẽplat
celeſtia.Hec vinea.i.penitẽtia germinãs
flores ⁊ fructificans dr̃: quia facit homi
nem germinare p ſcãm cogitationem:flo
rere p honeſtam cõuerſationẽ: fructifica
re per vberem opationem.❡ Hanc yhs
in ſe aſſumpſit quãdo abſtinere ⁊ ieiuna
re voluit in deſerto iuxta illud Mat.4.
Ductus eſt yheſus in deſertum vt tẽpta
retur a dyabolo.⁊ cum ie.⁊c. Hanc etiaz
nos aſſumere docuit.d.Math.4.Pñiaz
agite appropinquabit enim regnum celo
rum.❡ Quarto per vineam itelligitur
cumulatio omnium meritoruz que nomi
ne iuſticie deſignant: q: ſicut in vinea ſũt
multe vites ita in iuſticia alie virtutes ra
dicantur.❡ Quantum ad 4m.ſ.q ſt opa
rij:Sciẽdum eſt ꝙ operarij ſunt predica
tores veritatis:q ideo dicunt operarij.q:
debẽt opari opa a xp̃o inſtituta:opa ad d̃
um deducẽtia:⁊ opa deum ſignificantia.
❡ Iſtos ãt oparios ſemper ab initõ mũ
di vſq; ad finem:miſit deus in vineam ſu
am.i.in mundũ ⁊ eccl'am militantem.Ad
hãc oparõem nos hortatur ap'ls gal.6.d.
Ergo dum tp̃s hẽmus opemur bonũ ad
oẽs:maxime ãt ad domeſticos fidei. Naz
ſicut habet ꝑuer.13.Anima opantium im
pinguabit.ſ.i hoc mundo p grãm ⁊ in fu
turo per gl'iam.iuxta illud Ro.i.Gl'ia ãt
honor ⁊ pax oĩ operãti bonũ.❡ Iſti ope
rarij poſſunt figurari p oparios Saloĩs d̃
qb⁹ ſñialr̃ dr̃.3.Re.5.ꝙ Salõn elegit opa
rios d̃ oĩ iſrl'.xxx.milia virorum ⁊ mitte
bat eos in libanum ad ligna incidẽda p
domo dñi.❡ Ubi ſciendum ꝙ per Salo
monẽ Regem pacificum intellr̃ xp̃s qui
iuxta illd̃ ephi.2.ẽ pax nr̃a q fecit vtraq;
vnũ.Iſte elegit opariosd̃ oĩ iſrl'.i.d̃ eccl'a
militãte.xxx.milia viroꝝ.Ubi ſciẽdũ ꝙ i
triceſimo ſunt tres d̃narij:millenari⁹ 3̃o ẽ
nũer⁹ ꝑfect⁹:p qd̃ dat intelli ꝙ viri opa
rij xp̃i d̃bẽt eẽ ꝑfecti in fide catholicã tri
nitatis diuine:⁊ in obſeruãtia.10.ꝑcepto
ruz.❡ Dr̃ ãt ꝙ Salõn mittebat illos ad
montẽ libani ad ligna ⁊c.q: xp̃s ſuos ope
rarios mittit ad puritatẽ conſcie ſignifica
te p libanũ q̃ interp̃tatur candidatio: vt
ibi ligna fortitudinis ⁊ ꝯſtantie accipiant
ad conſtruendũ ſpũale hedificiũ congre
gatõis fideliũ p virtutes ⁊ mores.❡ Q̃m
ad 5m.ſ.qd ſint hore:Sciẽdũ ẽ ꝙ p̃ per il
las horas ſm Au.põt intelligi totus de
curſus mundi a pricipio creatõis vſq; ad
diem iudicij.Secũdo per illas horas itel
ligitur decurſus vite hominis a nat.ei⁹
vſq; ad mortem.Unde manc pueritia eſt
hora tertia adoleſcentia.quia quaſi iã ſol
in altum proficit:dum calor etatis creſcit
6a autem iuuentus:q: velut intentio ſolis
figitur:dum in ea plenitudo roboris ſoli
datur.7a autem ſenectus:in qua ſicut ſol
ab alto axe deſcendit:ſic a calore iuuentu
tis deficit.Ultima vero eſt que d̃crepita
vocatur.❡ Quãtum ad 6m.ſ.quis ſit exi
tus pr̃is familias:Sciendũ eſt ꝙ per im
exitum intelligitur eius manifeſtatõ per
ſe vel per alios facta hominibus in qua
libet hora mundi.Nam in pr̃ia hora que
fuit ab Adam vſq; ad Noe: deus exijt:
quando Adam plaſmauit ad ymaginem
ſuam: dans ſibi preceptum quod de om
ni ligno paradiſi comederet excepto fru
ctu arboris ſcientie boni ⁊ mali per quod
voluit nos eſſe ſubiectos ſuis mandatis.
In tertia hora que fuit a Noe vſq; ad
Abraam exijt quando fedus cum Noe
pepigit: dando ſignum federis: archũ
in nubibus :per quod deſignatur Chri
ſtus naſciturus de virgine: humanum
genus federans ⁊ reconcilians ipſi deo.
❡ In ſexta autem hora que fuit ab
Abraam vſque ad Moyſen exijt quã
do dedit Circonciſionem Populo Iu
dayco: vt per illud ſacramentum tan
quã Populus peculiaris diſcerneretur

ab alijs pepulis natõum. In 9a etiam ho
ra que fuit a Moy. vſqꝫ ad aduentũ xp̄i
exijt quando Moy. dedit precepta ⁊ legẽ
ſcḋm que debebant viuere. In .ija. que eſt ab
aduentu xp̄i vſqꝫ ad finem mũdi exijt qñ
dī filius de ſinu p̄ris deſcendẽs in mũduꝫ
voluit in ventre virginis mirabiliter in
carnari. ❡ Quantum ad etates ſũptas i
homine deus exire dicitur ad eos condu
cendum ad laborandum in vinea: q: ali
quos vocat hora tertia. i. in adoleſcentia:
⁊ ſic de alijs. ❡ Quantum ad 7m. ſ. quid
ſit iſte denarius: Sciendũ ẽ ꝙ ſignificat vi
tam eternam: cuius rõ eſt q: denarius ha
bet formam orbicularem in quo dſignat
vite eternitas: habꝫ regis ymaginem i q̄
deſignatur anime ad deum expreſſa ꝯfor
mitas habꝫ pulchritudineꝫ delectabilem:
in quo ſignificatur in dotibus corporis p
fecta formoſitas: vꝫ. 10. nũmos vſuales in
quo deſignatur meritorum equitas: ⁊ q̄s
non dant niſi obſeruantibus precepta pro
ducentia ad gl'iam. Unde Mathe. 19. Si
vis ad vitam ingredi ſerua mandata.
❡ Hoc premium beatoꝝ fuit figuratum
Apoc. 6. vbi dr̄ ꝙ Jo. audiuit vnã vocem
dicẽtem bilibris tritici dnario vno ⁊ vi
num ⁊ oleum ne leſeris. Ubi ſciendũ ſcḋm
Aug. ꝙ duplex eſt vita meritoria in hoc
mundo. ſ. actiua ⁊ cõtemplatiua: vtriuſqꝫ
tñ idẽ eſt premium: q: denarius vn9. i. vi
ta eterna. ❡ Uita contemplatiua in qua
eſt delectatio mentis ⁊ ſapor diuinorũ dr̄
intelligi per triticum ſuaue. ❡ Dr̄ autẽ
bilibris tritici ꝙ eſt vas continẽs duas li
bras: q: hõ circa xp̄m põt ꝯtemplari eius
diuinitatẽ ⁊ eius hũanitatẽ aſſumptam.
❡ Uita ãt actiua q: aliqñ hõi aſpa videt
intelligitur per ordeũ: ꝙ lꝫ exterius ſit aſpum
tamen interius eſt ſapiduꝫ. ſic lꝫ hec vita
aſpa videat: tñ hẽm9 p ip̄am dulcedinem
gl'e eternal'. Signãter ãt dr̄ illd̄ vas ordei
tres bilibres q̄ faciũt. 6. libras q: ſenarius
nũer9 ẽ pfect9 ⁊ ſignificat pfectõem opuꝫ
miſericordie q̄s dꝫ vir act9s habere. Utriuſ
qꝫ igit̃ vite erit vnũ p̄miũ: ſic dr̄ fuiſſe oi
um laborãtiũ in vinea: vt in euangelio cõ
tinetur. ❡ Signanter aũt ſubdit ꝙ non
ledatur vinum nec oleum. i. iuſticia ⁊ mi
ſericordia p h̄ deſignata: q̄ tũc nõ ledũtur
qñ hõ non tm̄ timet dinam iuſticiam ꝙ d̄
ſperet: nec tm̄ confidit de miſericordia ꝙ
in peccatis perſeueret. ❡ Sicut ãt denari9
valebat. 10. nũmos vſuales ſic i p̄mio bea
torum poſſumus conſiderare tria reſpcũ
anime. ſ. claram viſionem ſuauem fruitio
nem ⁊ firmam tentõem. ⁊ quattuor reſpe
ctu corporis. ſ. claritatem ſubtilitatem agi
litatem ⁊ incorruptibilitatem. ⁊ tria reſpe
ctu totius compoſiti. ſ. ſocietatem afectiuã
caritatem diffuſiuam: ⁊ eternitatem pmã
ſiuam.

Scḋa ps.

Equit. Cum ſero ãt factũ eſſꝫ ⁊c. Ubi tãgit ſuperne largitõnis p̄ſagium. ꝙ pbat liberal' premia
tio. Ubi ſciẽdum ꝙ h̄ tria poſſumus cõſi
derare. ſ. Temporis ꝯgruitatem Act9 eq
tatem. Modi diuerſitatem. ❡ Quãtum
ad pm dic̃. Cũ ãt ſero ⁊c. vbi ſcieñ. ſcḋm Ra
banũ ꝙ p iſtd̄ ſero in q̄ ẽ ꝯſumatõ diei in
telligitur finis mũdi ſiue dies iudicij i q̄ erit
ꝯgruẽtia tp̄is in retribuẽdo. Per im ãt
pcuratorẽ intelligitur xp̄s qui dr̄ pcurator eo
ꝙ nr̄am ſalutẽ pcurauit: naſcẽdo: p̄dicãdo
ꝯuerſando: moriẽdo: ⁊ i oibus actis ſuis.
Nã iuxta illd̄ Jo. 13. Ipe ẽ cui oia dedit pr̄
i mãu. i. in ptãte ſua. ❡ Dic̃ igit̃ cum ſero
factũ eſſꝫ. i. cũ tp̄s iudicij aduenieſſet: dixit
dñs vinee. i. ds trinitas: qui eſt dñs eccl'e
eam creãdo: gubernando: ⁊ inſtruendo: p
curatori ſuo. i. xp̄o qui pcurator eſt trini
tatis ſua dõa ꝯferendo. ❡ Qm ad 2m. ſ.
act9 eqtateꝫ dicit. Uoca op. ⁊ red. ill' mer
ce. ſuam. Ubi ſciẽdũ ꝙ p illã vocatõnem
opariorum intelligitur vocatõ omnium ad iu
diciuꝫ. ❡ Unde voca operarios. i. ſtatue
ante tribunal tuum. ❡ Quid autem pro
curator i iudicio habeat facere ſbdr̄. redd̄



illis mercedem ſuã. Nã vnicuiqꝫ reddet
ſcḋm ꝙ laborauerit iuxta illud. i. Cor. 2.
Unuſqſqꝫ ãt ppriã mercedẽ accepit ſcḋm
ſuũ laborẽ. ❡ Quantuꝫ ad tertiũ. ſ. modi
diuerſitatẽ dicit. Incipiens a nouiſſimis
⁊c. Ubi tria tangit. ſ.
Actum retributionis diſtinctoꝝ.
Premiũ vltimo vocatoꝝ.
Premiũ primo vocatoꝝ.
❡ Quantu ad primũ dicit. Incipiens a
nouiſſimis vſqꝫ ad primos. Ubi ſciẽnduꝫ
ꝙ in h̄ ꝙ retribuẽdo nõ ſeruauit ordineꝫ
remunerãdo primo primos q̄s vltios ſed
ecõuerſo oſtẽditur diuina miſericordia ſcḋm
Criſo. Qui gratis dat qbus vult nõ aſpi
ciens ordinem ymaginationis humane.
❡ Quantũ ad premiũ vltio vocatoꝝ dic̃
Cũ veniſſent ergo ⁊c. Ubi ſciendũ ꝙ per
iſtos vocatos vltima hora intelligũt gen
tiles q ad fidẽ vltimo ſunt cõuerſi quorũ
quilibet in die iudicij accipiet dnariũ. i. p
priã gloriã. ❡ Quantũ ad p̄miũ prio vo
catoꝝ dicit. Ueniẽtes ãt ⁊ primi ⁊c. Ubi
q̄ztũ ad iſtos duo tãgit. ſ.
Eoꝝ cogitationem.
Eoꝝ remunerationem.
❡ Quantũ ad eoꝝ cogitationẽ dicit. Ue
nientes ⁊c. Ubi ſciendũ ꝙ iudei prio voca
ti videtes ꝙ gẽtiles vltio vocati accepe
runt vnũ dnariũ itra ſe poterãt cogitare
remuneratio debẽt reſpõdere labori: cuꝫ
ergo iſti qui modicũ laborauerũt accipiãt
vnũ dnariũ: nos q pl9 laborauim9 plus d
bemus recip̄e. ⁊ digniorẽ locũ i gloria ob
tinere. ❡ Quãtũ ad eoꝝ remunerationẽ
dicit. Acceperunt ãt ⁊ ip̄i ſingulos dnarios
i. ppriã gloriã. ❡ Sciendũ eſt ãt ꝙ p iſtã
equalitatẽ p̄mij intelligit̃ ꝙ i muneratiõe
beatoꝝ erit equalitas quantũ ad aliqua:
q̄ztum ad aliqua erit inequalitas. Nam
q̄ztum ad obiectũ i ſe equalitas erit: quia
oẽs deũ videbũt. q̄ztum ẽt ad durationẽ:
q: tm̄ durabit vn9 q̄ztum alius: q: quilibꝫ
ſine fine. quãtũ ẽt ad ſacietatẽ appetitus:
q: quilibet d gl'ia q̄s hẽbit erit cõtentus.
❡ Erit ẽt ibi inequalitas prio quantũ ad
cognitionẽ intuitiuã: q: vnus intuebit̃ de
um clarius alio. Secũdo q̄ztuꝫ ad fruitio
nem volitiuã: q: q̄zto clarius intuebit̃: tã
to intẽſius fruet̃. ⁊ ſic de multis alijs ⁊c.
❡ Hoc ãt dictũ de horis ⁊ etatib9 mũdi
põt ad etates hoĩs adaptari. Nã contin
git aliqñ ꝙ aliq qui vocant̃ i ſenectute ad
penitentiã citi9 moriũtur q̄s multi q ſunt
in ſua iuuentute vocati ⁊ ideo citius pre
miantur.

Tertia pars.

Eqtur. Et accipiẽtes murmura bant ⁊c. Ubi tãgit humãe admi ratiõis pdigium ꝙ pbat equal'
retributio. Et duo tangit. Prio opantiuꝫ
conqueſtionẽ. ❡ Secũdo xp̄i conqueſtio
nis cõfutationẽ. ❡ Quantu ad primũ di
cit. Et accipiẽtes ⁊c. Ubi ſciendũ ꝙ illud
põt exponi prio de iuſtis iudeis i iudicio
⁊ tũc murmuratio h̄ accipit̃ p admiratio
ne non p cõqueſtione: q: videntes iudei
tantã liberalitatẽ in do ꝙ gẽtiles nouiter
cõuerſos reſpectu ip̄ſoꝝ rẽunerauit equa
li p̄mio: fuerũt nõ imerito admirati. ❡ Se
cundo põt expõi de malis iudeis in iudi
cio. Ubi ſciendum ꝙ iudei oẽs vocati fue
runt ad p̄miũ vite eterne ſꝫ multi fuerũt
q in aliquib9 portãtes legis grauamina
pondus diei ⁊ eſtus dicunt̃ portaſſe tñ q:
mali fuerũt: ad p̄mium vite eterne nõ ſũt
p adoptionẽ vocati. Hi igit̃ videtes gen
tiles q fuerũt ſine legis onere remunera
ri eternaliter: eis inuidẽtes murmurabũt.
❡ Tertio põt exponi de ſcis p̄ribus qui
longo tp̄e ſteterũt in lymbo. ⁊ ap9 ⁊ eos
ſequentibus. ❡ Quantũ ad confutationẽ
conqſtionis dicit. At ille rñdens ⁊c. Ubi
ſciendũ ꝙ ſic ꝯquerẽti ſuppoſito ꝙ ibi ſit
murmuratio rñdet dñs p q̄ttuor rõnes.
prio ſic. Ille nõ facit iniuriã alicui q dat
ſibi ꝙ dare pmiſit. ego do tibi ꝙ promiſi
ſ. dnariũ: q: ex dnario cõueniſti mecum:
ergo non facio tibi iniuriam. ergo tolle

ꝙ tuū ē ⁊ vade.i.ceſſando a murmuratio
ne intra ĩ gaudiū dñi tui.¶ Scđo arguit
ſic illud ꝙ totalr̄ ē in volūtate alicui⁹ da
re vel nō dare:cuicūqꝫ iſte det null⁹ iuſte
pōt ꝯqri.ſꝫ dare p̄miū eternū totalr̄ eſt i
volūtate mea vl̄ nō dare.ḡ.Vñ dicit. Vo
lo āt huic nouiſſimo.i.gētili pplo nouiter
cōuerſo dare p̄miū ſicut ⁊ tibi .¶ Tertio
arguit ſic.Jlle q eſt liber ⁊ p̄t dare mlt̃is
⁊ paucis:ñ dꝫ rephēdi ſi dat multꝭ ex ſua
liberalitate:ſi igit̃ ego do iſti ſicut ⁊ tibi
nō debes conqri.q: liber ſum ⁊ lꝫ mihi fa
cere ꝙ volo.Vñ dicit . An non lꝫ mihi ꝙ
volo facere.¶ Quarto arguit ſic.Null⁹
dꝫ alteri iuidere ſi aliqs q ſit bonus facit
bonū alteri tu āt inuides q: hēs oculum
neqꝫ:q: ego bonus ſum ⁊ bonū facio alte
ri ſꝫ tu nō debes facere igit̃ nō debes me
rephendere ſi do iſti ſicut ⁊ tibi.

Quarta pars.

Egitur . Sic erūt nouiſſimi p̄mi
⁊c.Vbi tāgit adeptionis inditi
um.ꝙ ꝓbat finalis aſſecutio.Et
duo tāgit.Vnū ꝙ ptinet ad opariōs ſpā
liter.Aliud ad oēs generalr̄.¶ Quantū
ad primū dicit . Sic erūt nouiſſimi ⁊c.i .
humiles ꝑ ſuā reputationē:erūt primi in
p̄mio ꝑ exaltationē:q: q ſe humiliat exal
tabit̃.Et p̄mi.ſ.ꝑ ſupbiā qu antū ad ſuam
reputationē erūt nouiſſimi ĩ ſupplitio ꝑ
extremā deiectionē:q: q ſe exaltat humi
liabit̃.¶ Vel ꝑ nouiſſimos itelligunt̃ gē
tiles.ꝑ primos v̾o iudei .¶ Quantū ad
illō ꝙ ptinet ad oēs generalr̄ dicit. Mul
ti ſūt vocati:pauci v̾o electi.Vbi Grego,
Ad fidē plures veniūt:ad celeſte regnū
pauci ꝑducunt̃.pluriqꝫ eū deū vocib⁹ſecū
tur:morib⁹ āt fugiūt.ex hoc ergo duo pē
ſare debem⁹.Primo eſt vt de ſe qſqꝫ nulla
tenus p̄ſumat :q: ⁊ ſi ad fidē vocatus eſt
vtrū ad regnū eligēdus ſit neſcit.Secun
dū eſt vt vnuſqſqꝫ ꝓximū ſuū quē iacere
inicū conſpicit:deſpicere nō audeat : q: di
uine miſericordie diuitias ignorat.¶ Jſta
āt multoꝝ vocatio ⁊ paucoꝝ electio fuit fi
gurata Judi.7.Vbi dr̄ ſiñalr̄ ꝙ cum ma
dianite cōgregati fuiſſent cōtra pplm̄ do
mini.⁊ hi ſciuiſſet Gedeon:ſpūs dñi irruit
ſup eū ⁊ clāgens buccina vocauit vniuer
ſum pplm̄ dñi.⁊ venerūt ad eū. xxxij⁹ mi
lia viroꝝ .Vidēs āt dñs magnā multitu
dinē populi:nolēs ꝙ attribueret̃ multitu
dini ſꝫ d̾o victoria .dixit Gedeoni ꝙ face
ret ꝓclamari ſicut moris erat in lege mo
ſaica vt hētur Deutero. 20. ꝙ q hedifica
uerat domū nouā.⁊ nō dedicauerat eaꝫ. ⁊
q plantauerat vineā ⁊ nō fecerat cōēꝫ ad
veſcendū oibus.⁊ q deſponſauerat vxorē
⁊ non accepat eā.⁊ q erat formidoloſus ⁊
corde pauidus:reuerterētur in domū ſuā
nec irent ad p̄liū.Quia ꝓclamatiōe facta
reuerſi ſunt de populo gedeonis .22⁹ mi
lia ⁊ tm̄.10.milia remāſerūt .Vidēs autē
dñs ꝙ adhuc mult⁹ erat ppl's : iterū vo
luit ꝓbare q apti eſſent ad p̄liū ⁊ dixit ge
deoni ꝙ duceret populū ad aq̄s ⁊ q ma
nu ⁊ lingua aq̄s lamberēt ſepararent in
ptem vnā.oēs vero qui flexo poplice aq̄s
biberēt ſepararēt in ptem aliā.⁊ ñ fuerūt
inuenti niſi .ccc^t. q aquā manu ⁊ ligua lā
berēt.Tūc ſibi dixit dñs ꝙ cū illis trecē
tis liberaret populū de manu madianita
rum.⁊ ſic ſoli illi ccc^t.inter oēs fuerūt ele
cti ad pugnā.¶ Modus āt quē tenuerūt
preliādo ꝯtra inimicos fuit ꝙ in manib⁹
portabāt lāgenas vacuas.⁊ lāpades ĩ me
dio lagenaꝝ ⁊ tubas . Cūqꝫ veniſſent ad
locum p̄liȷ̄ fregerūt lagenas ⁊ tenuerunt
in ſiniſtris manib⁹ lāpades ⁊ dextris ſo
nauerunt ⁊ clamauerūt gladius dñi ⁊ ge
deonis ſtātes ſinguli ĩ loco ſuo ꝑ circuitū
caſtroꝝ hoſtiū . Vidētes igit̃ inimici tot
lumina ſubito appentia ⁊ clamorē perua
lidum timuerunt ⁊ fugerunt citiſſime .
¶ Vbi ſciendū ꝙ ꝑ populū dñi intelligit̃
genus humanū. ꝑ madianitas v̾o qui in
terpretat̃ iniqui: intelligunt̃ dyaboli qui
vidētes ꝙ deus fecit hoiem vt acqreret
gloria ēqꝫ ſupbiendo perdiderāt ſibi conti
nue inimicātur.⁊ congregāt exercitum vi
tioꝝ ad pugnandū cōtra hoiem vt vinca
tur ⁊ ſepetur a deo.Per gedeonē vero q
interp̄tatur tēptatio humilitatis ſue: itel
ligit̃ xp̄s q humilitatē in ſeipſo tēptauit
iuxta illud Phil.2.Humiliauit ſeipſum
factus obediēs vſqꝫ ad mortem. ¶ Jſte
igit̃ ꝓbus gedeon.i.xp̄s vidēs humanū
genus ſic i arto poſitū plen⁹ ſpū ſcō vēit
ad pugnā qñ voluit incarnari.vt ꝓ nobis
pugnaret.⁊ ꝑ ſuā predicationē quaſi clan
gens tuba nos cōgregaret ad pugnam .
Quia vero in ſpūali p̄lio hō non dꝫ ꝯfide
re de ſuis viribus ſꝫ de diuina virtute:dr̄
ꝙ gedeon cū tāta multitudie non iuit ad
p̄lium Nā hō confidens de diuina v̾tute
efficit̃ fortis.cōfidens v̾o in ſua ꝓpria de
bilitat̃.iuxta illud Judi.6.Dñe deus non
derelinqs p̄ſumētes de te.de ſe ⁊ de ſua
virtute gloriātes humilias .¶ Qualr̄ āt
bellatores electi fuerint audi qd ſequit̃ .
Nā primo clamat̃ ꝙ qui hedificauit domū
⁊c.Vbi ſciendū ꝙ ꝑ hedificiū domus non
dedicate intelligit̃ peccatū ambitōis ⁊ va
neglorie q̄ multociēs oriunt̃ in hoibus ex
reb⁹ mundanis:puta caſtris villis ⁊ pala
tijs ⁊c.talia non dicuntur dño dedicari .
¶ Per vineā āt fructiferā intelligit̃ ha
bundantia reꝝ:q̄ tunc oibus cōmunis nō
efficit̃:qñ hō iſtis habundans ē ipi⁹ nulli
bōa ſua ꝑ miſericordiā largiendo. ¶ Per
ſponſā vero q̄ a ſponſo diligit̃ intelligit̃ fi
des catholica q̄ꝫ qlibet dꝫ amare dicēdo
illud Sap.8.Hāc amaui ⁊ exqſiui a iuuē
tute mea ⁊ q̄ſiui ſpōſā eā mihi aſſumere .
⁊ amator fact⁹ ſuꝫ for^e illi⁹.q̄ quidē tunc
duci nō dr̄.qñ hō ꝑ fidē nō opat̃ nec facit
aliquē fructū.¶ Per viꝝ v̾o timoroſum
intelligit̃ vir qui ex puſillanimitate ſua
timet incipe aliquod op⁹ arduū ⁊ merito
rium:ſꝫ ſp pigreſcit.¶ Per viꝝ v̾o corde
pauidum intelligit̃ hō qui aliqñ opus ali
quod bonū incep̄:puta ieiunare:orare ⁊c.
ſed tñ in ipſis ſentiens aliq̄ꝫ grauedinē
deicit̃ ⁊ incipit ab incepto bono ope reſi
lire . ¶ Ois igitur qui predictis vel ali
quo p̄dictorum detinetur:reuertatur nec
vadat ad preliū:q: non poſſet cū dyabolo
cuius voluntatē ſequit̃ preliari q: ab ipo
vinceretur.¶ Sicut āt d̾ exercitu gedeo
nis receſſerunt.22.milia ſic re vera ſi eun
do ad ſpūalem pugnam in retiti ſupradi
ctis vitijs excludi debeant:multi fugiēt
⁊ pauci remanebunt.¶ Secundo fuerūt
probati ad aquas vt.ſ.qui lamberent aq̄s
⁊c.Vbi ſciendum ꝙ per aquas intelligun
tur res mundane que inſtar aquarū ſunt
labiles:nullam firmitatē habentes.Jſtis
autem rebus aliqui ad neceſſitatem vtun
tur ⁊ h̄ eſt licitum.⁊ hi ſunt qui lambent
manu ⁊ lingua.Aliqui ad ſupfluitatem ⁊
h̄ eſt ꝓhibituꝫ.⁊ hi ſunt qui flexo poplice
bibunt:q: eis reuerētiā facit duꝫ ſe flectit
⁊ aurit auide dum os in ipſis demergūt
i.cor in ipſis conſtituit eas continue con
gregando.de quibus Barch .3. Non eſt
finis poſſeſſionis eorum . ¶ Qui igitur
rebus iſtis ad ſuperfluitatē vtuntur non
vadāt ad pugnam quia ſuccūberent :qui
vero ſolum ad neceſſitatem ſecure vadāt
quia victoriā obtinebunt.Sicut autem in
ꝓbatione aquaꝝ exceptis trecentis oēs
alij reuerſi ſunt : ſic re vera ſi vellimus
probare homines bellatores in predictis
paucos inueniemus:quia teſte ſcriptura
Je.6.A maiore vſqꝫ ad minorem: omnes
auaritie ſtudent . ¶ Modus autem pu
gnandi ſequitur : quia portantes lange
nas cum luminibus ⁊c . Vbi ſciendum ꝙ
per langenas terreas intelligitur homo
quantum ad corpus terrenum . Jn iſto
dicitur Lampax cum lumine.i.anima cuꝫ
ſplendore fidei ⁊ gratie . ⁊ caritatis ar
dore .Has debent cum vadunt ad p̄lium
cōfringere.i.corpora dignis flagellationi
bus caſtigare.Ut ſic dicant illud Prime

cor.9.Caſtigo corpus meũ ⁊ i ſeruitutem
redigo.Et tũc luminaria oculta maifeſtã
tur.i.fides ⁊ grã ⁊ caritas q̃ in ipo ſunt i
cipiunt p opa relucere.Debẽt ẽt tuba ca
nere p verã doctrinã alios inſtruẽdo.Dr̃
ãt ꝙ tenebãt lampados i ſiniſtris maibus
⁊c.q: lumẽ fidei grẽ ⁊ caritatis dꝫ in cordẽ
ſeruari ꝙ ẽ ſitum i ſiniſtra pte corporis.
Doctrina vero dꝫ recta intentiõe fieri:q:
ad laudem dei ⁊ vtilitatẽ pxi.⁊ clare gla
dius gedois ⁊c.i.nõ cõfidere d̃ ꝓpria vir
tute ſꝫ de dio auxilio.q̃ habem⁹ i pñti vi
ctoriã ⁊ i futuro glãm ad q̃ꝫ ⁊c.
¶ Dominica ſexageſſime.Euangeliũ.20.
C
Um turba plurima cõuenirent ⁊ de ciuitatib⁹ ꝓperarent ad yᵐ dixit p ſimilitudinẽ.Exijt q ſeminat ſeminarẽ ſem ſuũ ⁊c.Luc.8.Nos
videmus p experientiã ꝙ qñ aliqs bon⁹
pictor dꝫ facere aliq̃ꝫ pulchrã imaginẽ:oꝫ
ꝙ requirat ſbꝫ diſpoſitũ:i q̃ poſſint colores
recipi ẽꝫ figure exigẽtiã depingẽde.Nã
ſup rẽ fluidã vel humidã l'equalẽ vel aſpe
ram vel huiuſmodi.nõ bñ recipit.ſꝫ iſtru
mẽto plão ⁊ ꝓportõato ⁊c.Vñ dic ph's ꝙ
actus actiuorum ſunt ipaciente diſpõito.
¶ Sic igit in naturalib⁹ cõſpicim⁹ iſta:
ſic i ſpũalib⁹.In doctria igit vitaꝫ.⁊ ſiõi
ſcõꝫ diuerſitateꝫ audientiũ ẽmo recipit:⁊
verbũ ſeminatũ fructificat pl's vel min⁹.
¶ Xp̃s igit tãq̃ꝫ ſol mũdũ illuminãs:ſua
doctrina oẽs generalr̃ iſtituit ⁊ i oẽs geñ
ralr̃ ifluit:ſꝫ ꝙ i aliqb⁹ iſta doctria fructi
ficet:in aliquibus vo ñ:ex diſpoſitõe audiẽ
tiũ ẽ diuerſitas hꝫ oritũ.Et h ẽ ꝙ nob inſi
nuat i euãgelio hodierno i parabola hois
ſeminãtis.In q̃ qdẽ euãgelio.5.tangunt
luculẽter.Videlꝫ.
Xp̃i p̃dicantis benignitas reuerẽda.
Sbi recipiẽtis diuerſitas intuẽda.
Precois admonẽtis ſedulitas attẽdẽda.
Collegij inquirẽtis ſanctitas imitãda.
¶ Magri exponentꝭ claritas admirãda

¶ Primũ ꝓbat inſtructio amoroſa.2$^{m}$
diſpoſitõ numeroſa.3$^{m}$ excitatõ vigoroſa
4$^{m}$ petitõ gratioſa.5$^{m}$ explicatõ fructuo
ſa.Primũ i pricipio.2$^{m}$ ibi.Et dum ſemi
nat ⁊c.3$^{m}$ ibi.Hoc dicẽs clã ⁊c.4$^{m}$ ibi.
Interrogabant autem ⁊c.5$^{m}$ ibi.Eſt aũt
h parabola ⁊c.

Prima pars.

Q
Uantum ad p̃mum vbi tangit ⁊c.ꝙ probat ⁊c.dic.Cũ turba ⁊c.vbi duo poſſumus conſiderare.ſ.
Deuotõem populi i accedendo.
Locutõem xp̃i in iſtruendo.
¶ Quantum ad p̃mũ dicit.Cum turba
⁊c.Vbi ſciẽdum ꝙ lꝫ pharisei:p̃ncipes ſa
cerdotum ⁊ ſcribe pp inuidiaꝫ pſequerẽ
tur xp̃m:tamen popul⁹ ſimplex ⁊ inocẽs
⁊ deuotus:videns eius ſanctitatem i vi
ta:veritatem i doctria:virtutem in mira
culis ⁊ honeſtatem i exemplis:de ciuita
tibus gallilee in qbus exierat fama d̃ il
lo:cum magno deſiderio properabant ad
xp̃m tanq̃ꝫ ad medicum clementiſſimuꝫ
vt curarent.Magiſtrum ſapiẽtiſſimum
vt illumiarentur.Et paſtorem humilimũ
vt reficerent.Et hoc eſt ꝙ dic.Cũ turba
⁊c.¶ Iſte concurſus turbarum venienti
um ad xp̃ꝫ fuit figuratus numeri.10.vbi
dr̃ ſentẽtiali:er ꝙ dixit dñs Moy.Fac ti
bi duas tubas argenteas ductiles quib⁹
conuocare poſſis multitudiem cũq̃ꝫ con
crepueris tub congregabitur ad te ois
multitudo ãte hoſtiũ tabernaculi federis.
¶ Vbi ſciendum ꝙ per Moy.intelligit
xp̃s.h duas tubas habuit.i.duo teſtamẽ
ta:vetus ꝙ expoſuit:⁊ nouuꝫ ꝙ condidit
que ſignant dicunt tube qb⁹ ſonus diffũ
ditur late:q: ſic veritas duoꝝ teſtamẽto
rũ per totũ mũdũ vniuerſalr̃ predicatur
Dicunt autem argẽtee:q: ſicut argẽtum
ꝙ qdem eſt album puritatem ſignificat:
ita veritas cõtenta i ipſis eſt pura ⁊ mũ
da ſine admixtione aliqua falſitatis.Di



cunt autem ductiles:q: ſicut res ductilis
fabricatur in maleo ⁊ in cute:ſic ſacra ſcri
ptura in duobus teſtis contẽta docet nos
corpus macerare dignis caſtigatõib⁹ vt
obediat rõni.¶ His ãt xp̃s tubãdo ⁊ cõ
crepãdo per ſuã predicatõem congregat
turbam ad hoſtiũ tabernaculi.i.ad fidem
catholicam p quã homo federatur cuꝫ dõ
Sciẽdũ eſt aũt ꝙ in veteri teſtõ int alia
erat triplex vſus tubaꝝ.ſ.vocãdi homies
ad p̃liũ:ad ꝯuiuiũ ⁊ ad ſolẽnitates:ſic per
ſacrã ſcripturam inſtruimur qualr̃ debe
mus nos ad bella parar̃:ꝯ inimicos dimi
care vicia ⁊ malignos ſpiritus ſupare.do
cet ẽt nos qualr̃ in conuiuio congregatõ
nis fidelium.i.in corpor̃ ⁊ ſanguie xp̃i pa
ſcimur ⁊ potamur vt virtuoſe viuamus:
in via mãdatoꝝ dei curramus:⁊ mores no
ſtros componamus:⁊ deo laudes redda
mus.Docet ẽt nos qualr̃ in ſolẽnitate q̃ꝫ
expectamus finalr̃ i gloria paradiſi beati
ficemur quãtum ad corpus ⁊ aiaꝫ.¶ Q$^{m}$
ad 2$^{m}$.ſ.locutõem xp̃i in iſtruendo dicit.
Dixit per ſimilitudiem ⁊c.Vbi ſciẽdũ ꝙ
multiplex cã aſſignat a ſcis qr̃ xp̃s i ſua
p̃dicatõe loquebatur parabolice.Prima
eſt vt morem patrie ſeruaret.Nam pale
ſtini qui ſunt magni ꝓlocutores i ſuis col
loquijs:puerbijs vtebantur.Secũda vt il
lud ꝙ dicebat magis cõmendaretur me
morie.Tertia vt nob oſtenderet exponer̃
ſcripturas.vt per cognita exponamus in
cognita.⁊ itellectum ſpũalem i eis eſſe q̃
rendum.¶ Sciẽdum eſt ẽm Bedam:ꝙ
ſator eſt xp̃s:ſemen verbum dei ſiue pre
dicatõ veritatꝭ.exitus auteꝫ ſatoris ẽ exi
tus filij dei de ſinu patris i mũdũ.¶ Iſte
exitus Chriſti fuit figuratus Apoc.6.vbi
dr̃.vidi ⁊ ecce equ⁹ albus ⁊ q ſedebat ſu
per illum habebat archum.⁊ data eſt ei
corona:⁊ exiuit vicens vt vinceret.¶ Vbi
ſciendum ꝙ per 1$^{m}$ equum intelligit hũa
nitas xp̃i:que ideo alba dr̃ q: peccatuꝫ ñ
fecit:nec inuentus eſt dolus i ore eius.ſ.

pe.2.Per equitem vero intelligitur xp̃i
diuinitas:que iõ ſedere dr̃ ſuper humani
tatem:q: ſicut ſeſor dignior eſt equo:ita
ditas in xp̃o dignior erat hũanitate.Per
archum vero q eſt arma expugnatiua ho
ſtium itellr̃ xp̃i predicatõ ex qua velõ ſa
gite micantes cũctos vulnerat inimicos.
Per coronam xõ que eſt ornamentum re
gium:itellr̃ regalis dignitas xp̃i.q: ẽ rex
regum:⁊ domi⁹ domiantium.Apoc.19.
Cui dr̃ Eze.24.Corona tua circonligata
ſit tibi.¶ Iſte autem ſic armatus ⁊ coro
natus vt miles ſtrenuus ad pugnã exijt
ꝯ dyabolum:⁊ nõ qdem vt vinceretur ſic
Adam vetus hõ:ſed vt nouus homo no
ua bella eligens ſuperauit:⁊ iõ exijt vicẽs
vt vinceret.Vñ nos ꝯfortans dic Io.16.
In mundo p̃ſſuraꝫ hẽbitis:ſed confidite:
q: ego vici mundum.

Secũda pars.

S
Equitur.Et dum ſeminat ⁊c.Vbi tangit ſbi recipiẽtis diuerſitas intuenda:ꝙ ꝓbat diſpõ numeroſa vbi duo tangit.ſ.
Sbm diſpõnis icongruentis.
Sbm diſpõnis ꝯgruentis.
¶ Q$^{m}$ ad p$^{m}$ dic.Et dũ ⁊c.Vbi ſciẽdum
ꝙ iter alia tria ipediunt ꝓfcũ vbi di in
aĩa viatoris.ſ.
Tenebra ignorãtie reſpectu itelligibilis.
Proteruitas ma$^{c}$ reſpectu iraſcibilis.
Anxietas auaritie reſpectu ꝯcupiſcibilis
¶ Q$^{m}$ ad p̃mã indiſpoſitõnem que ipe
dit profectum verbi dei.ſ.luxuriaꝫ ſignifi
catam per viam per q̃ꝫ itelligibil' obfuſca
tur:dicit.Et dum ſeniat aliud ce.ſec⁹ viã
⁊c.Vbi ſciẽdum ꝙ per viam itelligit cor
hominis deditum peccato luxurie.Cui⁹
rõ eſt:q: ſic via ẽ publica cõis.⁊ cibus pa
tens.ita cor luxurioſi ẽ publicũ ⁊ patens
oib⁹ cogitatõib⁹ imũdis occurrẽtib⁹:q:
nlli reſiſtit ſꝫ in eis delectat.Vñ cuilibet
tali dr̃ Iſ.51.Poſuiſti vt terrã corp⁹ tuũ
⁊ q̃ſi viam trãſeũtibus.¶ Sic igitur ad

lr̄am ſemen ꝙ cadit in viam:q: nō eſt oc
cultatū ſub terra ↄculcaẗ ab hoībus ⁊ co
mediẗ ab auibus ſic ſpūaliter verbū dei
ꝙ cadit in corde ſic publico conculcaẗ: q:
male cogitatiões ipm̄ cōculcāt ꝑm Ciril
lum.⁊ dyaboli ſignificati ꝑ aues dicunẗ il
lud comedere:dū de corde afferūt : ne af
ferat bonū fructū.¶ Dicūtur āt dyaboli
aues rōne velocitatis:diſcurrendo : rōne
ĩpetuoſitatis in impugnādo ⁊ rōne rapa
citatis in rapiēdo.Volucres ꝟo celi dicū
tur.i.aeris:q: demones ꝑm Augu. Uſqꝫ
ad diē iudicij erūt in iſto aere caliginoſo
ad hoīum exercitatōem.¶ Sed tamē cō
ſideraret peccator miſerrimus:⁊ ad men
tem ſuam recurrat q̄ȝ maluȝ eſt vt ſit via
infructifera ⁊ patens oībus malis:⁊ ſeip
ſum diſponat vt iam via non ſit ſed ager
fructifer.Ubi ſciendum ꝙ ſi via dȝ fructi
fera fieri:oȝ ꝙ vomere ſcindaẗ : in circui
tu fodiatur:⁊ clauſura ſepiaẗ. Sic pecca
tor inſtar vie:oȝ ꝙ vomere ſcidatur ꝑ ve
ram cōtritōem:i circuitu fodiatur ꝑ iter
nam ſui conſideratōem:clauſura ſepiatur
per mandatoꝝ obſeruatōem. ¶ Ad h̄ āt
tria facienda admoneẗ peccatores a do
mino Joel.2.qbus dr̄. Conuertimini ad
me.ſ.per mādatorum obſeruatōnem:i to
to corde veſtro in ieiunio fletu ⁊ planctu
ſ.ſc fodiendo per internam ſui ↄſideratō
nem:⁊ ſcindite corda vr̃a ⁊ non veſtimen
ta vr̃a per veram contritōeȝ. Tali āt pec
catori ſic volenti ↄuerti dic̄ dn̄s.puer. 4.
Viam ſapiētie mōſtrabo tibi ⁊ ducam te
per ſemitas equitatis quas cuȝ igreſſus
fueris non artabunẗ greſſus tui ⁊ currēs
nō habebis offendiculū.¶ Quantum ad
ꝑam idiſpoſitōem q̄ ipedit ꝓfectū ꝟbi dei
ſ.ſupbiā ꝑ q̄ȝ iraſcibil' induraẗ dſignatā ꝑ
petrā dic̄.Et aliō ce.ſupra pe.⁊c. Ubi ſciē
dū ꝙ ꝑ petrā intell'r cor hoīs induratum
ꝙ nō p̄t hūiliari nec a ſua ſnia reſiliẗ. Un̄
ð ipſis dr̄ Je.5. Indurauerūt facies ſuas
ſupra petrā:noluerūt reuerti.Nō aduertē
tes miſeri illud eccl'aſtici.3.Cor durū ma
le habebit in nouiſſimo.¶ Sic igiẗ ad lit
teram qñ ſemen cadit ſupra petrā duram
que nō habȝ humoreȝ aqueū: ⁊ ſi naſcatur
ſtatim moritur: ſic verbuȝ dei receptum
in corde ſuperbi ⁊ i ſua proteruia indura
ti.⁊ ſi aliquādo ex aliqua curioſitate ſibi
placeat:tamen cito moritur: nec ad profe
ctum venit per opera:q: caret grē ⁊ cari
tatis humore. ¶ Sed tñ debȝ aduertere
miſer peccator inſtar lapidis in ſuis ma
litijs induratus:ꝙ lapis q̄ūis durus ſit
tamē aliquādo frangiẗ vel liquore hume
ctante:vel igne ardeſcēte:vel malleo feri
ente.Sic peccatorem obſtinatum dȝ fran
gere humor.i.paſſionis xp̄i lachrimoſa
meditatō:vel ignis.i.penaꝝ inferni conſi
deratō:vel malleus.i.natural' mortis expe
ctatō. ¶ De pecore aūt ſic conuerſo cum
lachrimis predictis conſideratis pōt dici
illud ps. Educens aquā de petra.i. ð cor
de. ¶ Modus autem per quem dȝ pec
cator aquas educere fuit figuratus nume
ri.20.in Moy.de quo dicitur ꝙ cum ele
uaſſet Moy. manum percutiens virga
bis ſiliceȝ.egreſſe ſūt aq̄ largiſſime. Ubi
ſciēdum ꝙ per Moy.h̄ intell'r peccator.
q: ſicut habetur ibi Moy. non credidit
do:ſic peccator voluntati diuine reſiſtit.
Per manum firmā ⁊ validam intelligiẗ
volūtas ſiue liberum arbitriū: q: nullate
nus poteſt cogi. Per virgam vero q̄ eſt
inſtrm̄ caſtigatiuum iuuenum intelligiẗ
rō que debet ſenſualitatē corrigere. Per
ſilicem vero ſiue petrā duriſſimam: intel
ligiẗ cor in vitijs obduratum. ¶ Moy.
igitur.i.peccator cognoſcens cor ſuuȝ du
riſſimū:dȝ voluntatem in altum erigere
i.ad complacentiā diuinoꝝ. ⁊ tunc virga
i.recta rōne percutere ſiliceȝ.i.cor duꝝ cor
rigere:vt ad duritia ſua frāgatur. Signā
ter āt dr̄ ꝙ bis percuſſit ſilicem:q: inter
alia q̄ dȝ rō cordi duro vt molliaẗ oſtēdere
ſunt principal'r duo.ſ. amiſſio eterne glo



rie ⁊ acquiſitio eternalis pēne. Cum igiẗ
iſte miſer peccator conſiderat bis petra ꝑ
cutitur:⁊ tunc cor durum frangiẗ per cō
tritōem amaram ⁊ egrediuntur aque lar
giſſime per fluuium lachrimarū. ¶ Qm̄
ad tertiam idiſpoſitōem que impedit pro
fectum verbi dei.ſ.auaritiam ꝑ quam con
cupiſcibilis anxiatur deſignatam per ſpi
nas dicit.Et aliud ce.inter ſpi.⁊c. vbi ſci
endum ꝙ per ſpinas iuxta dcm̄ ſaluato
ris intelliguntur diuitie:cuius rō eſt :qa
diuitie male acquiſite inſtar ſpinarū pun
gunt in p̄nti mentem verme cōſcientie: i
futuro vero corpus igne infernal' gehēne
¶ Sicut igitur ad lr̄am quando ſemē ſi
mul cum ſpinis oritur q: ſpine ſunt fortō
res ipm̄ aliqñ ſuffocant:ſic lȝ verbum dei
aliquando audiatur ab aliquo : tamen q:
in ipo ſunt fortiores cogitatões diuitiaꝝ
⁊ voluptatum mundi q̄ȝ ſit verbum diui
num in corde receptum : ideo ꝑm Criſo.
ipm̄ verbum ſuffocant ne poſſit facer̄ fru
ctum.¶ Qm̄ ad 2m.ſ.lȝ diſpoſitōis con
gruentis dicit.Et aliud ce.in terraȝ bonā
⁊c. Per terram enim bonam intelligitur
cor vel anima hominis bene diſpoſiti ad
ſemen recipiendum ꝑm Cirillum ⁊ ipȝ re
tinendum ⁊ fructificandum. ¶ Sciēduȝ
eſt āt ꝙ 1a dr̄ bona terra que habȝ ſuffici
entem pinguedinē:conuenientem tempe
riem:⁊ irrigantem ymbrem:⁊ quando ta
lis eſt:tunc portat vberem fructum:talis
terra ſunt corda deuota ad ſuſcipiendum
verbum dei apta.Habēt enim ſufficiēteȝ
pinguedinem caritatis ⁊ affectōis conue
nientem tempericȝ ſobrietatis ⁊ diſcretio
nis:irrigantem ymbrem grē ⁊ deuotōis:
⁊ ſic fructum faciūt meritorie opatōnis.
Iſta ē terra de q̄ ps.Dn̄s dabit benigni
tatem ⁊ terra dabit fructū ſuum.¶ Iſta
fructificatio bone terre fuit figurata geñ.
1.vbi dr̄. Protulit terra herbam virētem
⁊ afferentem ſemē iuxta gen9 ſuuȝ: lignū
quoqꝫ faciens fructum ⁊ hn̄s vnumqꝺqꝫ
ſementē ꝑm ſpeciem ſuam. ¶ Ubi ſciēdū
ꝙ in 1a ꝓductōe terre quattuor tangūtur
ſcm̄ :fructus:herba ⁊ lignum. Per ſcm̄
ꝙ occultaẗ ⁊ virtual'r continet plantam ⁊
fructum intelligiẗ cogitatō hominis que
occulta teneẗ in corde ex qua opera exte
riora procedunt. Per fructum ꝟo itell'r
opus bonum. Per herbam autem attra
ctabilem ⁊ mollē:intell'r affabilitas ⁊ hu
militas:quibus homo efficitur alijs tra
ctabilis ⁊ benignus. Per lignum ꝟo fir
mum ⁊ ſolidum:itelligiẗ virtus conſtātie
⁊ perſeuerantie.Homo igiẗ ſpūaliter itel
lectus per terrā bonā dȝ proferre ſcm̄ co
gitationis mūde:fructū opatōis bōe: her
bam humiliatōis benigne:lignuȝ duratio
nis firme.¶ Sic igitur ad lr̄am ſemen i
bona terra fructificat:ſic ⁊ verbum dei i
anima bene diſpoſita. ¶ Sciendū eſt aūt
ꝙ ſicut dr̄ Math.13.ſemē ꝙ cecidit i ter
ram bonā attulit fructum aliud cēteſimū:
aliud lxm.⁊ aliud 30m.Ubi ſciendū ꝙ ge
neraliter loquendo triplex eſt ſtatus ho
minū bonoꝝ.ſ.virginum:viduarum: ⁊ cō
iugatorum.Semē igitur in virginibus af
fert fructum Cm.q: virgines excellentio
ri vita viuunt q̄ȝ vidue nec cōiugati. Dr
Jo. In carne preter carnē viuere vita ē
angelica non humana.Semen autem i vi
duis affert fructum lxm.q: habent obſer
uātiam.10.preceptorum cum.6.operibus
pietatis.Semen vero in cōiugatis affert
fructum 30m.i.obſeruantiam.10.ꝓceptoꝝ
cum fide ſancte trinitatis.

Tertia pars.

s Eqtur. Hoc di.clamabat ⁊c.vbi
tangitur preconij admonētis ſe
dulitas attendenda. ꝙ probat
excitatio vigoroſa.Ubi ſciendȝ ꝑm Ba
ſilium ꝙ audire pertinet ad intellectum
vnde ꝑm Bedam quotienſcunqꝫ in ſcrip
tura admonemur ad aliquid audiendum:
ſignum eſt ꝙ illud ꝙ dicitur eſt miſticū:⁊
ꝙ ſignificatio ei9:eſt a nobis attētius ac

quirenda. ¶ Dicit igit̃ h̃.d.i. ſilitudinem de ſeie ꝓponẽs: clamabat in ſignum deſi derij ſalutis aiorum ⁊ vt nos redderet at tentiores: q̇ habȝ aures audiendi audiat: mentalr̃ iterius intelligẽdo ⁊ ope adim plendo. ¶ Sciendum eſt at̃ ꝙ aliq ſunt q deum audire deſiderant vt deuoti ꝑtem plantes. Et iſti figurãtur per iſtos reges terrarum d̃ qbus dr̃. 2. pal'. 9. ꝙ deſidera bant videre faciem Salõnis vt audirent ſapientiã q̃ʒ dederat dñs in corde ſuo.

¶ Aliq ſunt q deum audire timent vt ve ri penitentes q timore magno deuȝ audi unt ꝯſiderantes preuaricatõem ⁊ offenſã cõmiſſam. Et iſti figuratur per Adam. d̃ quo dr̃ geñ. 3. ꝙ cum poſt preuaricatõneȝ vocaſſet eũ dñs. d. Adã; vbi es. ait. Voceȝ tuam audiui in paradiſo ⁊ timui: eo ꝙ nu dus eſſem. ⁊ abſcondi me. expõe de nuda tõe. ¶ Aliqui ſunt q deuȝ audire renuũt vt pigri: de qbus conqueritur dominus p pſalmiſtã. d. Nõ audiuit populus me⁹ vo cem meam ⁊ iſrl' nõ itendit mihi. Unde tales icrepat dñs Jſ. i. d. Cognouit bos poſſeſſorem ſuum ⁊ aſinus preſepe domi ni ſui. Jſrl' autem non cognouit ⁊ popul⁹ meus non intellexit. Ad lr̃am enim ſic in uenitur ꝙ multi peccatores ſunt magis ingrati beſtijs non vtentibus rõne. Naȝ bos ⁊ aſinus dominum ſuum cognoſcunt ⁊ faciunt eorum ſeruicia: ⁊ tamẽ pigri ſto lidiores aialibus: dum cognoſcere nolunt nec ip̃m audire: nec in eius ſeruitijs occu pari. ¶ Aliq ſunt qui deum audire nolũt ſed mund⁹ ⁊ carnalia deſideria: iſtar adã q ſpreto mãdato domini audiuit vocem vxoris ſue. geñ. 3.

Quarta pars.

Equit̃. Interrogabãt at̃ euȝ ⁊c. s Ubi tangit̃. Collegij ingrentis ſanctitas imittãda. ꝙ ꝓbat peti tio' gr̃oſa. Et duo tangit̃. ſ.

¶ Diſcipulorꝫ inq̇ſitõem.

Xp̃i reſponſionem.

inſtar columbe debet haberē ſimplicitatē: ⁊ inſtar iudeorum firmiter confiteri. Ut ſic dicat cum ps. Confitebor tibi domine in toto corde meo in conſilio iuſtorum ⁊ congregatione. ¶ Per iordanem vero qui interpretatur deſcenſus: intelligitur mundus: in quo homo verſus mortem vadit cottidie deſcendendo: iuxta illud eze. 26. Deſcēdent de ſedibus ſuis omnes principes maris. i. mundi amari. ¶ Per deſertum autem intelligitur ſtatus penitentie: quia ſicut in deſerto: pauci homines habitant ita pauci ſunt qui velint ad penitentiam venire corporales delitias dimittendo. Et tamen fructus eius ē vita eterna. iuxta illud Mat. 3. Penitentiam agite: appropinquabit enim regnum celorū. ¶ Per viam autem. 3. dierum: intelligūtur. 3. partes penitentie que ſunt: cordis contritio. oris confeſſio ⁊ operis ſatiſfcō: ⁊ h ſunt de quibus dominus eccli. 25. In tribus beneplacitum ē ſpiritui meo. Sic autem poteſt homo ſecure ꝯtra inimicos accedere ⁊ de ipſis victoriam optinere. quib⁹ leuiti. 26. Perſequimini inimicos veſtros ⁊ corruent coram vob. ¶ Uel per montem: intelligitur celeſtis pria: ad quā exemplo Chriſti: tranſito mari. i. mundo ⁊ derelictis vitijs debemus aſcendere. Ad ꝙ nos inuitat xps exo. 24. d. Aſcendē in montem ⁊ eſto ibi. ¶ Iſte eſt mons libani de quo figuratiue dicitur eccleſiaſtici. 50. ꝙ ſymon ſacerdos magnus ſtans iuxta aram: circa ipſum corona fratrum: quaſi plantatio cedri in monte libano ſic circa illum ſteterunt quaſi rami palme: ⁊ omnes filij aaron in gloria ſua. ¶ Ubi ſciendum ꝙ per ſymonem qui interpretatur obediens: intelligitur Chriſtus qui iuxta illud phi. 3. Factus eſt obediens vſq ad mortem. Qui ſacerdos magnus dici poteſt: quia pro ſalute humani generis ſe obtulit oſtiam deo patri. Iſte iuxta aram ſtare dicitur: quia eſt in gloria

paradiſi qui poteſt dici ara ⁊ templū dei Circa quem frm corona eſſe dicitur: quia omnes fideles qui ſunt in patria: qui fratres eius dicuntur ratione humanitatis aſſumpte: ipſum glorioſe circondant. ¶ Dicitur etiam quaſi plantatio cedri i monte libano qui interpretatur candidatio propter nimiam puritatem que ē ibi. Circa quod ſancti qui ſunt in patria: ſtare dicūtur vt rami palme: quia victorioſe vincendo mundum: dyabolum carnē ⁊ vi na: ad celeſtem patriam peruenerunt. Ut ſic in gloria ſua ſint omnes filij Aaron. i. omnes fideles. De quibus Iſa. 32. Sedebit populus meus in pulchritudie pacis ⁊ in tabernaculis iuſtitie ⁊ in requie opulenta.

Secunda pars.

Equitur. Cum ſubleuaſſet ergo oculos yhs ⁊c. Ubi tangit affectum viſceroſum ⁊ cōpaſſibilē. ꝙ probat afflictorum inſpectio. vbi quatuor poſſumus conſiderare. ſ.

Xpi compaſſionem.
Ipſius interrogationem.
Cuiuſdā dubitatiōis remotionē.
Apoſtoli reſponſionem.

¶ Quantu ad primum dicit. Cum ergo ſuble. ⁊c. Ubi ſciendum ſecundum Bedā ꝙ eleuatio oculorum xpi ſignificat compaſſionem quā habuit xps ad turbam indigentem: iuxta illud ps. Oculi eius in pauperem reſpiciunt. ¶ Eleuatio etiam oculorum xpi ſecundum Bedam eſt nobis exemplum honeſtatis ⁊ pudiritie: ne. ſ. hinc inde oculos vagabundos. ¶ Quantum ad xpi interrogationem dicit: dixit ad Philippum ⁊c. Ubi ſciendum ſecūdū Criſo. ꝙ xps interrogauit Philippum: vt ex reſponſione eius miraculum euidētius appareret. ¶ Quantum ad cuiuſdā dubitationis remotionem. dicit. Hoc autem dicebat temptans eum ⁊c. Ubi ſciendum ꝙ quia xps interrogauit Philippū vnde ememus panes ⁊c. poſſet aliquis

credere ꝙ hec interrogatio veniret ex ignorātia xpi: quaſi neſciens vnde poſſet paſcere turbam. ꝙ ſecundum Criſo. Remouet euangeliſta. d. Sciebat enim quid eſſet facturus. ¶ Interrogauit etiam eū ſecundum Criſo. Ut ex reſponſione ſua probaret eum: vt per ſignum factum duceret in certam cognitionem de ſua potētia. ¶ Quantum ad quartum. ſ. apoſtoli reſponſionem dicit. ⁊ reſpōdit ei Philippus ⁊c. Ubi ſciendū ſecundū Alcuinū ꝙ Philippus in hac reſponſione: tarditatē ſuam oſtendit. Nam ſi perfecte de creatione inquit intelligeret: de eius potentia ⁊ largitate non diffideret. ¶ Sciēdum eſt autem circa iſtam partem in qua fit mentis de compaſſione quā xps oſtendit ad turbas ꝙ ſignificat pietatem quā deus habet ad totum genus humanum. Que cōpaſſio diuina fuit nobis figurata Exo. 3. vbi ſententialiter dicitur ꝙ cum populus Iſraeliticus eſſet in egypto ſub ſeruitute Pharaonis: clamauerunt ad dominum: quorum vota exaudiens deus dixit Moy. clamor filiorum Iſrael venit corā me: vidiq afflictionem eorum qua ab egyptijs opprimuntur: ſed veni mittam te ad Pharaonem vt educas filios Iſrael de egypto. ¶ Ubi ſciendum ꝙ per populū Iſraeliticū exiſtentem ſub ſeruitute Pharaonis intelligit totū gen⁹ humanū ꝙ an aduētū filij di erat i tenebris pccōꝝ ⁊ h ſub ſuitute dya' ſignificati p phonem. ¶ Uidētes āt pres veteris teſti miſiā i q̄ erat totū gen⁹ humanū clamabāt tota ꝑ cordijs: vt eis dñs mitteret redēptorē vñ ps. Emitte manū tuā d alto ⁊c. ¶ Dñs āt benign⁹ ⁊ pi⁹ vidēs afflictionē ppli ſui miſit Moyſen. i. xpm. Et iſte vt fortis ⁊ puis dus: gen⁹ humanū de ptāte dya' libauit. Uñ ipleta ē pphetia Iſa. d. Iſa. 9. Pplꝰ q ambulabat i tenebris vidit lucem magnā: habitantibus in regione vmbre mortis: lux orta eſt eis.

Tertia pars.
Sequit. Dic̃ ei vnus ex diſcipu
lis eius ⁊c. Ubi tangit effectuʒ
vigoroſum ⁊ admirabilem ꝙ p
bat famelicorũ refectio. Ubi quattuor poſ
ſumus cõſiderare. ſ.
Naturã adiacentem.
Situm cõtinentem.
Actum euidentem.
Exceſſum eminẽtem.
¶ Quantũ ad primũ dicit. Dic̃ ei vnus
ex diſcipulis ⁊c. Ubi ſciendum ꝙ illd̃ mi
raculum: q̃ꝫuis potuiſſet facere creando
de nihilo: tñ noluit. Unde Criſo. Nõ eni
materia ſubiecta idigebat: ſed ne creaturẽ
aliene viderent eſſe ab eius potẽtia: ipis
creaturis vtit ad materiã miraculorum.
¶ Quantũ ad ſitum cõtinentem: dicit er
go ihs facite eos ⁊c. Ubi ſciẽdum ſecũ
dum Tho. ꝙ fenũ d̃ quo hic dr̃: erat her
ba viridis. Erat enim paſcha ꝙ in primo
menſe veris ꝓſitebat. ¶ Quantũ ad actũ
euidentem dicit. Accep̃ ergo ihs panes
⁊c. Ubi ſciendum ſecũdum Augu. ꝙ. 5. pa
nes quos xp̄s ſic multiplicauit fuerunt
quaſi quedaꝫ ſemina que xp̄s p potentiaꝫ
que in ip̄o erat multiplicauit eo modo q̃
per ſuã potentiã multiplicant ſemina ter
re mandata. ¶ Sciẽdum eſt etiaꝫ ſecun
dum Criſo. ꝙ xp̄s volẽs facere: tã ingẽs
miraculũ orauit ⁊ gr̃as egit d̃o. primo vt
daret exẽplum comedentibus: deo gr̃as
agere. 2° vt nos in beneficijs poſtulandis
ad orandũ induceret. 3° vt ex h̃ turbam
hedificaret. ¶ Quantũ ad exceſſum emi
nentem dicit. Ut aũt impleti ſunt ⁊c. Ubi
3a. poſſumus cõſiderare. ſ.
Populi refectiõem copioſam.
Collegij executiõem virtuoſam.
Chriſti impoſitiõem amoroſam.
¶ Quantũ ad primũ dicit. vt aũt imple
ti ſunt. Ubi ſciẽdum ꝙ xp̄s populũ fame
licum ſatiauit ip̄m ſequẽteꝫ ⁊ i ipſo ſperã
tem. Ut impletũ ſit illud p̄s. Oculi oĩum
in te ſperãt dñe ⁊ tu das eſcã illoꝝ in tp̄e
opportuno. ⁊c. ¶ Quantũ ad xp̄i impoſitõ
nem amoroſaꝫ dicit. Dixit diſcipulis ſuis:
colligite ⁊c. Ubi ſciendum ſcd̃m Aug. ꝙ
xp̄s precep̃ diſcipulis vt fragmẽta colli
gerẽt: nõ ꝙ turbe ea colligerẽt vel porta
rent: ad oſtendendũ ꝙ diſcipuli debebãt
eſſe magr̃i orb̃ terraꝝ: quibus cõmittebã
tur oc̃lta ſcripturaꝝ: alijs pandere: q̃ poſ
ſunt intelligi p fragmẽta. ¶ Quantũ ad
collegij executiõeꝫ dicit. Collegerũt ergo
⁊c. Ubi ſciẽdum ſecũdum Criſo. ꝙ xp̄s p̃
cep̃ apoſtolos fragmẽta colligere: nõ q̃d
ad oſtentatiõem: ſed vt oſtenderet mira
culum factum: nõ fuiſſe fantaſticũ: ſed ve
rum. ¶ Sciẽdum eſt aũt circa iſtam pteꝫ
loquẽdo moralr̃ ꝙ p. 5. panes intelligunt
5. que dꝫ eſſe in vera pnia. ſ.
Cõtritio doloroſa.
Cõfeſſio pudroſa.
Jeiuniũ macerans.
Elymoſina recreans.
Oratio eleuans.
¶ Primus panis eſt cõtritio doloroſa.
Nam peccator cõſiderans peccatũ aniam
deformans dꝫ cõteri ⁊ dolere. Ut ſic ſacri
ficium ſe offerat d̃o quia p̄s. Sacrificium
deo ſpiritus cõtribulat9: cor cõtrituꝫ ⁊ hu
miliatum d̃s nõ deſpicies: ¶ Iſte ẽ panis
de quo p̄s. Cibab̃ nos pane lachrimarũ.
¶ Quid ãt ſit cõtritio: audi. Criſo. i libro
de cõpunctione cordis. d. Cõtritio eſt hu
miliati cordis vera cõpũctio: magna age
re ⁊ hũilia loqui: iuſte opari: ⁊ ſup peccatꝫ
timere ac tremer̃. Unde Criſo. ibidẽ. So
la cõpunctio eſt: q̃ fac̃ aniaꝫ orreſcere pur
puram: deſiderare cilitiũ: amare lachrias
fugere riſum. ¶ Secũdus panis eſt cõfeſ
ſio puderoſa. Nam poſtq̃ homo de pccõ
doluit dꝫ ipſum cũ verecũdia nõ cum riſi
bus cõfiteri. iuxta illud eccli. 17. Cõfitebe
ris viuens viu9 ⁊ ſanus cõfiteberis ⁊ lau
dab̃ deuꝫ ⁊ glificab̃ in miſeratõibus ei9.
¶ Quantũ aũt bonũ ſit ꝯfeſſio: audi Au



di Au. i libro d̃ pnia. d. Cõfeſſio ẽ ſal9 aia
rũ diſſipatrix vitoꝝ: reſtauratrix virtutũ
oppugñtrix d̃monũ: q̃d plura: obſtruit os
īferni: portas apit padiſi. ¶ 3us panis ẽ ie
iuniũ macerãs. Nã q̃ d̃liq̃d p delitias cor
pis: dꝫ ip̄ꝫ affliger̃ p ieiuniũ ⁊ al's auſteri
tates corpis. vñ ioel'. 2. Cõuertimi ad me
i toto cord̃ meo i ieiũio ⁊ fletu ⁊ plãctu: ⁊
ſcidite corda vr̃a ⁊ ñ veſtimẽta nr̃a. ¶ q'''
ãt bom ſit ieiuniũ: audi Aug. i ſ̃oẽ d̃ ieiu
nio. d. Jeiũiũ purgat mẽtẽ: ſbleuat ſẽſuꝫ:
carnẽ ſpũi ſbic̃: cor fac̃ ꝯtritũ ⁊ hũiliatũ: ꝯ
cupie nebl'as diſpgit libidinũ ardores ex
tinguit: caritatꝫ v̄o lumẽ accẽdit. ¶ Xp̄s
panis ẽ elya recreãs. Nã q̃ p pccm̃ auaric
deũ offendit. aliẽa vſurpãdo: l' ſua idebite
retinẽdo: dꝫ largas elioſinas facer̃: q: tob'.
4. Elya ab oi pccõ ⁊ a morte libat, ⁊ nõ pa
tit aiaꝫ ire in tenebras. Uñ Is 58. nb̃ dr̃.
Frãge exuriẽti panẽ tuũ egenos vagoſq̃
induc in domũ tuã: cũ videris nudũ: opi eũ
⁊ carnẽ tuã ne d̃ſpexeris. ¶ Qm ãt bom
ſit elya: audi Cri. ſup Mat. d. Medica
mentũ forti9 ꝙ maxie opat̃ i pnia: elya ẽ.
¶ Quint9 panis ẽ oratio eleuãs. Nam q̃
offendit deũ ſupbiendo: dꝫ oratiõi inſiſte
re: vt p oratiõem ſe hũilias: adipiſcat ve
niam d̃ pccis. Ut dicat de ip̄o illud eccli.
39. Apict os ſuũ i oratiõe: ⁊ p d̃lictis ſuis
deprecabit. Iſte ẽ panis d̃ quo p̄s. Panẽ
angeloꝝ mãducauit homo ⁊ cibaria miſit
eis in habũdantiã. Nã ſic angli deũ ꝯtie
cõtemplant: ſic homo dꝫ i deũ erigi p ora
tionẽ d̃uotã. ¶ Quantũ ãt bom ſit oratõ:
audi Caſſiodoꝝ ſup p̄s. d. Oratio pura: ẽ
p q̃ꝫ ira dei ſuſpendit venia pcuratur: pe
na refugitur ⁊ p̄miorũ largitas impetra
tur: cuꝫ dño loquitur cũ iudice fabulatur:
p̄ſentem ſibi fac̃ q̃ꝫ videre non pualet: ad
penetrabilia iudicis peccator admittit: ⁊
nullus inde reſpuitur: vbi qui in ea tepi
dus inuenitur. ¶ Quis vero dignã ora
tionem deo faciat: audi Greg. 2° libro mo
raliũ. d. Ille deo veram orationem exhibꝫ
qui ſemetipſum: quia pſ̃uis ſit humilitẽr
vidꝫ: qui nihil virtutꝫ ſibi attribuit. qui bo
na que ait: eſſe de miſericordia condito
ris agnoſcit. ¶ Quia vero iſti. 5. panes
ſunt ordeatij ⁊ aſperi: quia durum eſt ho
mini predicta facere: vt tollerent facili9:
duo piſces adiungunt: vt panibus ſapo
rem inducant. Ubi ſciendũ ꝙ per duos
piſces intelligit duplex conſideratio q̃ꝫ
penitens debet habere. ſ. conſiderare ꝙ
q̃ꝫuis penitentia ſit aſpera: tamen p ipſaꝫ
acquirit iocũditateꝫ premij: ⁊ euadit eter
nitatem ſupplitij. ¶ Uel per duos. 5. pa
nes: intelliguntur. 5. que homo debet con
ſiderare. ſ.
Cognitio ſui.
Pudor cõmiſſi.
Dolor amiſſi.
Timor iuditij.
Orror inferni.
¶ Prima cõſideratio eſt cognitio ſui. dꝫ
enim cognoſcere quis ſit: q: formatus de
vili materia. Uñ ſupbienti ⁊ nõ cognoſcẽ
ti condictiõem ſuam dicit eccleſiaſtici. 10.
Quid ſuperb̃ terra ⁊ cinis. q. d. materiaꝫ
ſupbiendi nõ habes. quia ſecunduꝫ Ber.
cõceptio: culpa naſci miſeria. viuere pẽa
⁊ mori anguſtia. ¶ Secũda eſt pudor cõ
miſſi. Nam homo dum cogitat vilitatem
peccati ⁊ turpitudinem: dꝫ confundi ⁊ eru
beſcere. Unde p̄s. Induant qui detrahũt
mihi pudore: ⁊ operiant ſic diploid̃ con
fuſione ſua. Et ezel'. 36. Confundimi ⁊ eru
beſcite ſuper vijs veſtris. ¶ Tertia ẽ do
lor amiſſi. Nam quãdo cõſiderat ꝙ amiſ
ſit diuinam gratiam q̃ꝫ receperat i baptiſ
mo angelorum ſocietatem ⁊ imenſam glo
riam q̃ꝫ in futuro expectat: multum debꝫ
dolere. dicẽdo cum p̄s. Circõdeder̃t me
dolores mortis: ⁊ torrentes iniquitatis
conturbauerunt me. ¶ Quarta eſt timor
iuditij. Nam peccator conſiderans ꝙ in
die iuditij oportebit eum de ſuis offenſio
nibus reddere rationem: multum debꝫ ti

mere ⁊ dicere cuꝫ p̃s.Timoꝛ ⁊ tremoꝛ ve
nerunt ſuper me ꝯtexerunt me tenebꝛe.
¶ Quinta eſt hoꝛroꝛ inferni. Nam pec
catoꝛ conſiderans ſeruitutem penarum i
ferni ⁊ ſocietatem malignam dꝫ hoꝛrere.
Nam ibi eſt terra tenebꝛoſa ⁊ opta moꝛtꝭ
caligine terra miſerie ⁊ tenebꝛarum vbi
vmbꝛa moꝛtis ⁊ null⁹ oꝛdo: ſed ſempiter
nus hoꝛroꝛ ihabitat.Job.10.Ubi ſic dicit
Iſ.66.vermis nõ moꝛietur ⁊ ignis eoꝛuꝫ
nõ extinguet.¶ Iſta qntuplex cõſidera
tio que peccatoꝛem dꝫ affligere:fuit figu
rata per cruciatũ.5.menſium locuſtarũ de
quo dicitur ſententialr̃ apoc̃.9.ꝙ locuſte
exierũt in terram ⁊ p̃ceptum eſt eis:ne le
derent fenũ terre:neqꝫ omne viridꝫ: neqꝫ
omnem arboꝛem:niſi tantũ homines qui
nõ habent ſignum dei in frontibus ſuis:⁊
datum eſt ill' ne occiderẽt eos:ſed vt cru
ciarent mẽſibus.5.⁊ cruciatus eoꝝ vt cru
ciatus ſcoꝛpij cum pcutit hominẽ.¶ Ubi
ſciendum ꝙ p locuſtas que ſunt animalia
terre naſcẽtia coꝛrodẽtia:intelligit ſinde
reſis ſiue cõſcientia que debet ꝺ peccatis
perpetratis hoiem moꝛdere: intelligi re
moꝛſu: dꝫ cruciari grauiſſime per cõtritõ
nem amaraꝫ:qui cruciatus inſtar ſcoꝛpio
nis debet eſſe:quia ſic̃ ſcoꝛpio cauda pcu
tit:⁊ percuſſo doloꝛem ingerit ſic homo
ſe cogitãdo moꝛtalem:q̃ moꝛs per caudaꝫ
que ẽ vltima pars animal' poteſt itelligi
dum ſua delicta cogitat:⁊ ꝙ ꝺ ipſis habꝫ
rationem reddere:⁊ penã debitam ſuſtie
re:debet merito p doloꝛis amaritudineꝫ
cruciari.¶ Iſte autem cruciatus dicitur
eſſe.5.menſium ꝓpter.5.conſideratiões p̃
dictas.Iſte vero cruciatus ad moꝛteꝫ nõ
dicit:q: q̃ꝫuis homo de pccis multũ dole
re dẽat:tñ deſpare nõ dꝫ:ſed ſperat̃ in di
uina miſericoꝛdia vt veniã mereat̃.¶ Si
gnãter ãt dicitur ꝙ ledere nõ debebãt fe
nũ terre ⁊c.q: p fenũ terre:intellr̃ vir hu
mil:qui inſtar feni vilẽ ſe reputat:duꝫ ter
ram ſe cognoſcit futuꝝ ⁊ eſſe.Per omne
viridꝫ vero intelligitur vir habẽs diuinã
grãꝫ animã irrigantẽ.Per arboꝛẽ:ãt fru
ctifer.i:vir fructificãs p opa bona. Nos
locuſte.i.remoꝛſus cõſcientie nõ dꝫ lederẽ
q: ſunt ſine pccõ. ¶ Per hoies ꝟo non
habentes diuinã ymaginẽ i frontibus.i.i
mẽtibus ſuis:intelligunt̃ peccatoꝛes in q
bus per pccm̃ eſt ymago dei abolita. Et
hos debẽt cruciare.i.recoꝛdare ꝯſcientia
conſiderãdo ſupꝛadicta.¶ Quia vero in
hoc cruciatu ⁊ remoꝛſu conſcientie: iſtar
panum ꝺ oꝛdeo ſentitur aſperitas: ne hõ
deſperet de venia: adducunt̃ duo piſces
ſapoꝛem pꝛebentes.ſ.redemptio ſufficiẽs
⁊ miſericoꝛdia indulgens. Magna enim
conſolatio eſt peccatoꝛi: quando cogitat
ꝙ ſanguine xp̃i yhu eſt ſufficienter redẽ
ptus.Et quando conſiderat xp̃i miſericoꝛ
diam que tante imenſitatis eſt: ꝙ omnẽ
ad ſe recurrentem reconciliat ſibi. Unde
p̃s.Apud dominum miſericoꝛdia ⁊ copio
ſa apud eum redemptio.¶ Per.12.autẽ
cophinos qui ſuperauerunt ⁊ reſeruati
ſunt:intelligitur eterna gloꝛia que v̂is pe
nitentibus qui reficiuntur.5.pꝛedictis pa
nibus ⁊ duobus piſcibus reſeruat̃: que ẽ
ſuperhabundans ſicut numerus duodẽa
rius.¶ Uel per.5.panes quos habebat
puer intelliguntur.5.plage xp̃i:quas xp̃s
ſicut puer ſine macula purus ⁊ inocens p
nob ꝓtulit.Qui oꝛdeacei dicunt̃ pp aſpe
ritatẽ grauiſſimã eius ⁊ doloꝛẽ. ¶ Per
duos ãt piſces intelligunt̃ in xp̃o diuini
tas ⁊ hũanitas:q: ſic̃ piſces dum comedũ
tur guſtũ delectãt: ſic delectatõ hominis
ẽ in viſiõe diuina ⁊ humanitate in xp̃o.
Iſti duo piſces hoiem reficientes poſſũt
figurari p duas virgas ꝺ qbus dr̃ zach.
ij.Aſſumpſi mihi duas v̂gas: vnã vocaui
ꝺcoꝛẽ:⁊ alterã fũiculũ ⁊ paui gregẽ. Per
virgã eiꝫ q̃ vocat̃ ꝺcoꝛ: itellr̃ xp̃i ditas de
coꝛ imẽſus.Per virgã ꝟo q̃ vocat̃ fũicul⁹



intellr̃ xp̃i humanitas.q: funiculus fit de
canepo ꝙ habꝫ oꝛtum a terra.ita xp̃s ha
buit coꝛpus nobis ſimile ⁊ terrenũ. His
duabus virgis dicitur gregem paſcere:
q: gres beatoꝝ reficitur: dum ꝯtemplat̃
diuinitatem ⁊ humanitatẽ in xp̃o. ¶ Ul'
per.5.panes ⁊ duos piſces que faciunt.7.
intelligunt̃.7.dotes beatoꝛum in patria.
Unde quilibꝫ beatus põt figurari per can
delabꝛum de quo zach.4.Uidi ⁊ ecce can
delabꝛum aureum totum:⁊ lampas eius
ſuper caput eius: ⁊.7. lucerne ipſius ſup
illud.¶ Ubi ſciendũ ꝙ per illud candela
bꝛum totum aureum intelligitur qlibet
ſanctus q ad modum candelabꝛi:erectus
fuit in deum per rectam intẽtõem: ⁊ fuit
aureus per intenſam deuotõem.¶ Per
lapidem autem domũ illuminantem intel
ligitur xp̃s illuminans ier^m supernã.Uñ
Iſ.62.Saluatoꝛ eius vt lampas accenda
tur.Per.7.vero lucernas intelliguntur
7.dotes quas habꝫ qlibꝫ ſanctus.¶ Iſte
7.dotes poſſunt figurari p.7. ſtellas ꝺ q
bus ſimiliter dr̃ Apoc.1.Uidi.7. candela
bꝛa aurea ⁊ in medio eoꝝ ſil'em filio hois
veſtitum podere ⁊ p̃cinctũ ad mamillas
zona aurea ⁊ hẽbant in dextera ſua.7.ſtel
las.¶ Ubi ſciẽdũ ꝙ per ſil'em filio hois
intellr̃ xp̃s foꝛmã ſerui accipiẽs i ſilitudi
nẽ hoium factus ⁊ hitu iuẽt⁹ vt hõ phil'.
2.¶ Per ſeptem vero candelabꝛa aurea
intelligit̃ vniv̂ſitas ſcõꝛũ i pr̃ia.q:.7.vniv̂
ſitatem ſignificat. Unde dixit angel⁹ ra
phael tob.Ego ſuꝫ raphael angelus vn⁹
ex.7.qui aſtamus ante dñm.¶ Per ve
ſtem vero poderis:intelligit̃ xp̃i humãi
tas.vt dicat̃ de ipſo ſap.18.In veſte eniꝫ
poderis q̃ꝫ habebat:totus erat oꝛb terra
rum ⁊ parentum magnalia i quattuoꝛ oꝛ
dinibus lapidꝫ ſculpta.Naꝫ re uera in ue
ſte podr̃is.i.i hũanitate xp̃i poteſt dici ꝙ
erat totus oꝛb terrarũ:q: in ea cõtinebat̃
ditas totũ mundꝫ gubernãs.Parẽtũ:q̃qꝫ
magnalia ſcripta erãt i podere.i.i huma
nitate:⁊ h̃ i quattuoꝛ oꝛdinibus lapidꝫ: q:
ſi reſpiciamus pentes eius:deũ.ſ.quantũ
ad diuinitatẽ ⁊ virginem quantũ ad hũa
nitatem:inuenien⁹ ex pte virginis i xp̃o
nat̃.⁊ moꝛtalitateꝫ.Ex pte vero dei:reſur
rectiõem ⁊ aſſenſionẽ.q̃ quattuoꝛ p quat
tuoꝛ oꝛdies lapidꝫ ꝺſignant̃. ¶ Per zonã
ꝟo aureã:itellr̃ itẽſa caritas: q̃ꝫ ad hũanũ
gen⁹ xp̃s hũit pp q̃ꝫ voluit icarnari. Per
7.ãt ſtellas intellr̃.7.dotes p̃dicte:q: ſic̃
celũ ſtell' oꝛnat̃:iuxta illud eccl'iaſtici.43.
Spẽs celi gl'a ſtellaꝝ:ita ſci in patria pꝛe
dictis dotib⁹ ꝺcoꝛãt̃.Uñ Barch.4.Stel
le dederunt lumen in cuſtodijs ſuis ⁊ leta
te ſunt.i. letari ſanctos fecerunt.¶ Per
12.cophinos qui ſuperfuerant:intelligitur
ſuphabũdãs beatitudo:q: non tñ poſſũt
aurire de beatitudine:qn adhuc ſuperha
bundanter remãeat in obiecto:q: infinitũ
a finito nõ põt totalr̃ ꝯpꝛehendi. ¶ Hoc
aũt fuit ſignratũ exo.15.vbi ſimiliter dicit̃
ꝙ filij iſrl' egreſſi de egypto venerunt in
helym:vbi erãt.12.fõtes aquaꝝ.⁊.70.pal
me ⁊ caſtrametati ſunt iuxta aq̃s.¶ Ubi
ſciẽdum ꝙ p filios iſrl' q egreſſi ſũt ꝺ egi
pto:itelligunt̃ ſancti in pr̃ia:qui egreſſi ſt̃
ꝺ mũdo ſignificato p egyptũ.¶ Per he
lym vero q interp̃tat̃ foꝛtꝭ eoꝝ: itellr̃ ꝺs:
de quo.i.R̃e.2.Nõ eſt foꝛtꝭ ſicut ꝺs noſter
Ad i^m ãt dicunt̃ vẽiſſe:dũ ſibi in pr̃ia per
gl'am ꝯiũgunt̃.¶ Per.12.ꝟo fõtes:itellr̃
ſuphabũdãs gl'a q̃ ꝯtict̃ i ꝺo:q̃ꝫ nõ pñt to
talr̃ exaurire:ſꝫ ſic̃ a fõte ſp emanat riul's
⁊ fõs nõ ꝺſicat̃:ſic adeo emanat gl'a ad be
atos i pr̃ia:⁊ tñ in ipo ſp remãet plus q̃ꝫ
credi vel itelligi poſſit. ¶ Per palmas
ꝟo q̃ſt in ſignũ victoꝛie:itellr̃ victoꝛia q̃ꝫ
ſci ꝺ vicijs hũerũt viuẽdo.Uñ ꝺ ipis apo.
7.Qui ſunt ſtãtes añ thronũ ⁊ i ꝯſpectu
agni amicti ſtoll' alb ⁊ palme i mãib⁹ eoꝝ
¶ Signanter aũt dr̃ ꝙ caſtrametati ſunt
iuxta aq̃s:q: ſancti i gl'a iuxta dñm i q̃ ẽ
iſtar aq̃ꝝ habũdãtia gl'e ſuam ſtatõem fi
xerunt.¶ Per ſeſſionẽ autem ſup fenuꝫ

intelligiť dominiū ꝙ debet habere anima ſuper corpus ⁊ ſenſualitatem : q₂ corpus ſiue ſenſualitas ſignificatur per fenum:q₂ Iſ.40. Omnis caro fenum ⁊ omnis gloria eius quaſi flos agri. Qui igitur vult peruenire ad celeſtem patriam vt ſatieť 7. predictis dotibus: debet ſup fenum ſedere.i.anima ⁊ ratio: ſup corpus ⁊ ſenſualitatem principatū tenere.

Quarta pars.

Equitur. Illi ergo homines cū vidiſſēt ⁊c. Ubi tāgit ſucceſſum fructuoſum. ꝙ probat populorū cōmendatio. Ubi ſciendū ſecūdum Aug. ꝙ turba cum vidiſſꝫ ſignuꝫ ꝙ fecī yhs mirabatur quia ipſum nōdum perfecte cognouerat deum eſſe. que ſi uere deum cognouiſſꝫ: mirari nō debuiſſꝫ cuꝫ videat cōtinue maiora fieri que tamē homines nō miranť. Sciendum eſt autem ꝙ iſte ꝓphā de quo fit hic mentio fuit.

Prophetatus veriſſime.
Figuratus nobiliſſime.
Demōſtratus certiſſime.

Primo fuit ꝓphetatus veriſſime. vñ Moy. deutero.18. prophetaꝫ ſuſcitabo eis ſimileꝫ tui: ⁊ ponam verba in ore eius: loqueturqꝫ ad eos oia que p̄cepo illi q aūt verba eius que loqueť in nomine meo audire noluerit: ego vltor exiſtaꝫ. Ubi ſciendum ꝙ iſte propha xp̄s ſimilis fuit Moy. qui eduxit ipſum de egypto ⁊ de ſeruitute pharaonis vt terraꝫ ꝓmiſſiōis acquirerēt: ita xp̄s genus humanū d̄ tenebris peccatorū eduxit ⁊ de ſeruitute dyaboli: ⁊ ſic poteſt terram ꝓmiſſionis percipere: quia tranſeūdo per deſertum penitentie poterit ad celeſteꝫ patriam ꝑuenire. Diciť autē ꝙ qui hūc prophetaꝫ.i. xp̄m noluerit audire : d̄s vltor exiſtet.i. vt cuꝫ eternaliter puniat. Secūdo fuit figuratus nobiliſſime ꝑ ſamuelem d̄ quo dr̄.i.Re.3. Cognouit vniuerſus iſrl'a dan vſqꝫ berſabee ꝙ fidel' ſamuel propha eſſꝫ domini. Ubi ſciendum ꝙ ꝑ ſamuelē q interpretať poſtulat⁹ a dño: intellr̄ xp̄s q magnis deſiderijs fuit poſtulatus a patribus veteris teſtamēti. Uñ moy. exo.3. Obſecro dñe mitte quē miſſur⁹ es. Per dan autem qui interpretať iudiciū intelliguntť viatores q adhuc iudiciū diuinū expectāt. Per berſabee q̄ interpretať puteus ſatians: intelliguntť cōprehēſores q i celeſti patria diuina gl'a ſatianť. Per iſrl' āt intelliguntť oēs hoies q creati ſunt vt in h̄ mūdo deū videāt ꝑ fidē ⁊ i futuro ꝑ ſpēꝫ Uniuerſus igitur iſrl' a dā vſqꝫ berſabee i.tā viatores q̄ꝫ ꝯprehēſores cognouerūt ꝙ fidel' ſamuel.i.xp̄s ꝓpha dñi eēt. 3° fuit demōſtrat⁹ certiſſime. Uñ luc.7. dr̄ ꝓpha magnus ſurexit in nb̄ ⁊ q₂ viſitauit d̄s plebē ſuā. Nā nos viſitauit vt a pccīs nos redimeret: ⁊ ad vitā eternā nos ꝑduceret. Ad q̄ꝫ ⁊c.

Dñica de paſſione.

Uis ex uobis arguet me de pccō. Io.8. Nos vidim⁹ ꝙ inter alia q̄ deſiderat hōīe ſcire. Uñ phs.i. metaphiſice. Oēs hoies natura ſcire deſiderāt. Uidemus ēt ꝙ tātū eſt deſiderium ſciendi naturalr̄ inſertū homini : ꝙ ſi aliquādo ꝑs videat alios inuicē loquētes: ſtatim appetit ſcire qd dñt. Similr̄ ſi ocl's aliquādo videat feda: tñ difficile ē homini a talibus oclm auertere: quin ad i^a intuenda fortius incline ť: ꝙ ex alio nō eſt: niſi ꝙ homo ſcire deſiderat: ⁊ cognoſcere que nō nouit. Quod āt homo naturaliter ſcire deſideret ē valde cōſonū ratōi: q₂ naturalr̄ vnaqueqꝫ res appetit ꝑfectioneꝫ ſibi debitaꝫ: tanq̄ꝫ ſuū propriuꝫ cōplementum. Cum igiť perfectō anime rational' ſit ſcientia : merito homo ſcire deſiderat vt poſſit eſſe perfectus. Quia vero huiuſmodi ſciētia a ſe homo aliquādo inuenire non poteſt : doctore indiget inſtruente: queꝫ debet attentius audire.

Euangelium .26^m.

Quia igitur xp̄s eſt bonus doctor ⁊ verax: ideo merito dꝫ reuerenter audiri. Et h̄ eſt ꝙ nob̄ hic inuitur. vbi quattuor tangit.ſ.

Euidentiā doctrinalē i inſtruēdo.
Excellentiā imperialē in eſſendo.
Exiſtentiā eternalē in durādo.
Pacientiā virtualē i ſupportando.

Primū probat claritas ſciētial'. 2^m dignitas ſingularis. 3^m prioritas tēporal'. 4^m humilitas exēplaris. Primū in ꝑn. 2^m ibi. Dixerūt ergo iudei ⁊c. 3^m ibi. Dixerunt ergo iudei quinquagi. ⁊c. 4^m ibi. Tulerūt ergo lapidēs ⁊c.

Prima pars.

Uantū ad primū vbi tangit ⁊c. ꝙ probat ⁊c. dicit. Quis ex vob ⁊c. Ubi ſciendum ꝙ i^a doctrina que nō ſolum defectū nō habet: ſed etiaꝫ eſt valde ꝑſpicua merito dꝫ audiri. Ut igitur xp̄s ſuam doctrinā non ſpernēdam ſꝫ audiendā demonſtraret eam oñdit carerē defectu ⁊ magnā vtilitatem hr̄e. Et iquātum oſtendit eaꝫ carere defectu: duo fac. quia primo fac h̄. 2° ponit iudeorum calūniatio. Ad euidentiā primi ſciendum eſt ꝙ xp̄s multoc. arguerat iudeos ꝙ nō credebant veritati q̄ꝫ publice ꝑdicabat q forte potuiſſent malitioſe dr̄e: ꝙ h̄ erat ꝓpter defectum ex ꝑte xp̄i vel ipſi⁹ doctoris. Hoc aūt excludit xp̄s : oſtendens ꝙ nō eſt defectus ex ꝑte ſua nec ex ꝑte ſue doctrine: ſed magis ex ꝑte ipſorū. Ubi ſciendum ꝙ ad h̄ ꝙ aliqua doctrina non audiať: poteſt eſſe triplici de cā. Primo propter malitiā docentis. Unde Greg. in quadam ol'. Cuius vita deſpiciť: reſtat vt eius ꝑdicatio contemnať. plꝰs eniꝫ hodie trahunt exēpla: q̄ꝫ verba. 2° poteſt eſſe ꝓpter falſitatem doctrine. nā licet aliquādo doctor ſit bonus moralr̄. ſi tñ ignoret veritatem doctrine: ⁊ neſciat ꝓferre eaꝫ: nō libēter audiť. 3° pōt eſſe ex defectu ⁊ malicia audiētis: q₂ pōt eſſe audiēs ita malus ꝙ nō curat adiſcerē. quia ſap.i. In maliuolam animā nō introibit ſapientia nec habitabit in corpore ſubdito peccatis. Secūdum h̄ hic xp̄s. 3^a fac: q₂ primo oſtendit ꝙ nō eſt ex ꝑte docētis iniqtas. 2° ꝙ nec ex ꝑte ſue doctrine aliq̄ falſitas. 3° ꝙ eſt ex ꝑte audientiū ꝑuerſa malignitas. Quantu ad primu dicit. Quis ex vob̄ arguet me d̄ peccato. Ubi itēdit xp̄s talē rationē. In doctore qui nō pōt argui de pccō: non ē malicia: ⁊ ꝑ conſequēs nec doctrina ſua quantū eſt ex ꝑte docētis ē defectuoſa. Sed ego nō poſſum argui de peccato. ergo i me nō ē ⁊c. Et h̄ eſt ꝙ dic. Quis ex vob̄ arguet me d̄ pccō. q.d. nll's. q₂ d̄ me dr̄.i.pe.2. Qui peccatū nō fec̄ nec inuētus ē dolus i ore eius. Lꝫ aūt xp̄s ſic ſine peccato fuerit: tñ ſecūdum Greg. ꝓpter ſuam māſuetudinem n̄ dedignat⁹ eſt ſe iudeis oñdere rationabilr̄ eſſe ſine peccato. Sciēdum ē ꝙ xp̄s peccare nō potuit. q₂ peccatū non cadit niſi in animā que patiť aliq̄ꝫ vacuitatem gr̄e. Illa igiť anima q̄ totaliter ē plena gratia nullā vacuitatem habens peccare nō poteſt. Sed anima xp̄i fuit tal' quia Io.i. Uidimus gloriā eius gloriā quaſi vnigēiti a p̄re plenum gratie ⁊ veritatis: ergo peccare non potuit. Sciēdum eſt autem ꝙ lꝫ xp̄s peccatum nō habuerit: tamen pro peccatis humani generis ſatiſfec. Hoc autem fuit figuratum leū.16. vbi ſentētialiter dicitur ꝙ quādo populus peccauerat ⁊ debebať expiari a peccatis, offerebat duos yrcos quorum vnus interficiebať: ⁊ de ſanguine eius aſpergebať totum tabernaculum ⁊ mundabať. Ad alium autem yrcum accedens ſacerdos confitebať ⁊ dicebat ſacerdos ſuper cap̄ ei⁹ omnia peccata in generali. Et ſic dicit magiſter yſtoriarū ſcribebat ea in vna carta ⁊ illam iponebat collo yrci ⁊ i^c yrcus nō interficiebať: ſed mittebatur in deſertum: ⁊ ſic portando peccata populi: populus expiebať a peccatis. ⁊ re



hystoria ... facta est anno ... octobris feria ... indictione ... [illegible]

conciliabatur deo. ¶ Ubi ſciendum ꝙ ꝑ
populum träſgreſſoꝛem intelligitur totũ
genus humanũ in ꝙ intrauit peccatum
pꝛopter träſgreſſionem pꝛioꝛuȝ parentũ.
Ut autem genus humanũ expiaretur a
peccato ⁊ recõciliaretur deo: opoꝛtebat
ꝙ offererent duo yrci. per quos itelligi
tur xp̃s: de quo ephe.5. dilexit nos: ⁊ tra
didit ſemetipſum pꝛo nobis oblationeȝ ⁊ ho
ſtiam deo in odoꝛeȝ ſuauitatis. Ubi ſcié
dum ꝙ in xp̃o erant due nature ĩ eadem
perſona. ſ. diuitas ⁊ humanitas ſignifica
te per duos yrcos. Nam per yrcum qui
interficiebatur: de cuius ſanguine totũ taber
naculum madebatur: intelligitur humãi
tas xp̃i ſecundum ꝙ ipſe veraciter fuit
pꝛo nobis moꝛtuus: ⁊ tunc totum tabernacu
lum. i. totuȝ genus humanũ in quo inſtar
tabernaculi debet habitare xp̃s per gra
tiam fuit ſufficiẽter expiatũ. Et hoc eſt ꝙ
dicit apoſtolus hebꝛ.9. Si enim ſanguis
yrcoꝛum aut tauroꝛũ ⁊ cinis intellige aſp
ſus: inquinatos ſanctificat ad emundatio
nem carnis ꝙ̃to magis ſanguis xp̃i: qui
per ſpiritum ſemetipſum obtulit imacu
latum deo emũdabit conſcientiã noſtram
ab operibus moꝛtuis ad ſeruiendũ deo vi
uenti. ¶ Per yrcum vero qui nõ interfi
ciebatur: intelligitur xp̃i ditas: que nec
moꝛtua fuit nec moꝛi potuit. Sic autem
yrcus ille quantũ in ſe erat peccatum nõ
habebat: ſed peccata erant ſcripta ſolum
in carta q̃ non erat de coꝛpoꝛe yrci. Poꝛ
tabat autem peccata totius ꝑpli: ſic xp̃s
peccatum nõ habebat nec habere potuit:
peccata autem totius generis hũani poꝛ
tauit. iuxta illud. i. pe. 2°. Peccata noſtra
ipſe tullit in coꝛpoꝛe ſuo ſuper lignum: vt
peccatis moꝛtui: iuſtitie viuamus: cuius
liuoꝛe ſanati ſumus. eſtis. ¶ Signanter
autem dicitur yrcus iſte. i. xp̃us in deſer
tum emiſſus: q2 tẽpoꝛe paſſionis ſue: quã
do peccata noſtra pertulit fuit ductꝰ ex
tra iheruſalem ad montem caluarie: ſic au

tem emiſſo ⁊ crucifixo xp̃o yhu: genꝰ hu
manum expiationem a peccatis recepit: ⁊
recõciliationem cum deo. Unde. 2. coꝛ. 5.
Deꝰ recõciliauit nos ſibi ꝑ xp̃ȝ. ¶ Scié
dum eſt autem ſecundum Criſo. ꝙ licet
xp̃s de ſe ipſo dixerit ꝙ nõ habebat pec
catum. nõ tamen nos ſic dicere poſſumꝰ.
Unde pꝛouer. 20. Quis poteſt dicere mũ
dꝰ eſt coꝛ meuȝ: ⁊ purus ſum a peccato. q.
d. nullus. Nam. i. Jo. i. Si dixerimus q2 pec
catum nõ habemus: nos ipſos seducimꝰ
⁊ veritas in nobis non eſt. q2 ro. 3. Omnes
peccauerũt ⁊ egẽt gratia dei. ¶ Licet au
tem homo peccauerit: attendat tamẽ mi
ſericoꝛdiam dei: qui ſe humiliãtes ad ſe re
cipit: iuxta ꝙ ipſe dicit ezech. 18. Si autem i
pius egerit penitentiam: ab omnibꝰ pec
catis ſuis que operatus eſt: ⁊ cuſtodierit
omnia p̃cepta mea ⁊ fecerit iudiciuȝ ⁊ iu
ſtitiam: vita viuet ⁊ nõ moꝛietur omniuȝ
iniquitatũ eius que operatus eſt nõ recoꝛ
daboꝛ. ¶ Hoc autem fuit figuratũ. 2. Re.
12. in dd: de quo ſententialiter dicitur ꝙ cũ
grauiter offendiſſȝ deum ĩ adulterio ber
ſabee ⁊ in pꝛoditione ⁊ interfectiõe vrie
⁊ cominatus fuiſſȝ deus ſibi moꝛtem per
natham ꝓphetam qui edixit ei parabole
de ouibus. compunctus dd dixit peccaui.
Cuius humilitatem videns dñs dimiſit
ſibi peccatum. ¶ Ubi ſcienduȝ ꝙ per dd
iquãtũ deũ offendit intelligitur quilibȝ pec
catoꝛ. Per natham vero dei nuntium: in
telligitur inſpiratio interna vel pꝛedica
tio externa per ꝙ̃ȝ homo repꝛehendit de
peccato. Unde homo autem ſic repꝛehẽ
ditur debet inſtar dd: cum humilitate di
cere peccaui: ⁊ tunc ds ſibi parcet ſic dd.
Unde Ber. dum dd ſe humiliauit. d. pec
caui: i verbo triſilabo: dimiſit ſibi ds tria
peccata permaxima. ¶ Cõſidera igitur
o miſer peccatoꝛ imenſaȝ dei miſericoꝛdiã
⁊ cõuertere ad penitentiam. Unde Jſ. 55.
Derelinquat ipius viaȝ ſuã: ⁊ vir iniquꝰ
cogitationes ſuas ⁊ reuertatur ad dominũ



⁊ miſerebitur eius ⁊ ad deum nr̃m: quoniã
multus eſt ad ignoſcendũ. ¶ Licet auteȝ
deus ſic ſit miſericoꝛs: tamen aliqui ſunt
ita obſtinati in vitijs ꝙ nolunt ad dȝ con
uerti. De quibus figuratiue dicitur Je. 17.
Peccatũ iuda ſcriptum eſt ſtillo ferreo
in vngue adamantino: ⁊ exaratum ſuper
latitudine coꝛdis eoꝛum. ¶ Ubi ſciẽdum
ꝙ per iudam qui interpꝛetatur confitẽs vel
gloꝛiãs: intelligitur quilibȝ homo q dȝ ꝑ verã
fidẽ deum confiteri ⁊ ipm de receptis bñfi
cijs glificare: iuxta illud ps. Confitemini
dño ⁊ inuocate nomẽ eius: ãnunciate int
gẽtes opa eius. ¶ Per vnguem vo ada
mantinũ: intelligitur peccoꝛ obſtinatꝰ in ſua ma
litia: qui ideo vnguis dr̃ q2 ſicut vnguis nõ
ſentit niſi inquãtum coniuncta carni: in
coniuncta vo non: ita peccoꝛ q2 nõ eſt con
iunctus do per grãm: non hȝ ſenſum ſpiri
tualem vt aliqȝ ſuauitatem ſentiat de di
uinis: Adamantinꝰ ãt dr̃: q2 ſicut adamãs
eſt lapis duriſſimus ⁊ ĩfrãgibilis: ita pec
catoꝛ obſtiatus. vñ ĩ vngue adamãtio ſcri
ptũ eſſe dr̃: iuxta ꝙ de ipſis dr̃ zach. 7. Coꝛ
ſuum poſuerunt adamantem ne audirent
legẽ ⁊ vba que miſit dominus exercituũ
in ſpiritu ſuo per manum ꝓphetaꝝ. i. pꝛe
dicatoꝝ. ¶ Per ſtillum aũt ferreum q̃
ſcribitur hoc peccm̃: intelligitur valida tẽptatio dya
boli: qui in tẽptando tante poteſtatis eſt:
ꝙ iuxta illud Job. 41. Nõ eſt poteſtas ſu
per terrã q̃ ꝯpetur ei. Cui niſi reſiſtat hõ
viriliter exaratur ſuper latitudinem coꝛdis:
q2 non ſolũ dyabolus ſuper vnã ꝑtem coꝛ
dis ⁊ aĩe peccm̃ ipꝛimit: ſȝ totaliter coꝛpus
⁊ animam occupat per multitudinem vi
cioꝛum. ¶ Conſideret tamen peccatoꝛ i
penitens ⁊ induratus in vicijs ꝙ licȝ ada
mas ſit lapis duriſſimus: ſcinditur tam̃
ſanguie yrci calido: ſi igitur tante virtutis eſt
ſanguis beſtie vt lapidẽ tam valide fran
gat: multo maioꝛis vtutis ẽ ſanguis xp̃i
quẽ ſi peccoꝛ ſup coꝛ ſuũ duꝝ poſuerit: eius
paſſionẽ meditando: frangitur coꝛ ſuum ꝑ

contritõem ad pniam. ⁊ ſic iuxta illud. i.
Jo. i. Sanguis xp̃i Jeſu emundat nos ab
omni peccato. ¶ Quantum ad ſecũdum
ſ. ꝙ non eſt falſitas ex parte ſue doctrine
dic. Si veritatem dico vobis ⁊c. Ubi xp̃s
itendit talem rõnem. Jlla doctrina non de
ficit nec eſt falſa: ⁊ per conſequens audien
da que continet veritatem. Sed doctrina
mea eſt huiuſmodi. ergo. ¶ Quantuȝ ad
tertium. ſ. ꝙ ex parte audiẽtium eſt puer
ſitas dicit. Qui ex deo eſt ⁊c. Ubi xp̃s in
tendit talem rõnem. Si me nõ auditis nõ
eſt defectus ex parte mei docẽtis: quia
ſum doctoꝛ bonus ſine peccato: nec ex ꝑ
te doctrine mee: quia eſt vera. ergo reliq̃
quitur quod ſit ex parte veſtra: quia non
eſtis ex deo: quia ipſum non amatis: nec
verba eius libenter auditis. Nam vide
mus ꝙ amicus libenter audit bona de
amico: de inimico autem non. Quia igitur
iudei deum non diligebant: ideo verba
eius non libenter audiebant. Dicit igitur
quia ex deo non eſtis nõ naturaliter: ſed
quantum ad peccatum: quia deus non ẽ
actoꝛ peccati: pꝛopterea vos non auditis
¶ Deinde dicit: reſponderũt ergo iudei
⁊c. Ubi ponitur iudeoꝛum calumniatio.
Et duo facit: quia pꝛimo ponit ipſam. Se
cundo xp̃i reſponſionem. ¶ Quantũ ad
pꝛimũ dicũt: reſponderunt ergo iudei ⁊c.
Ubi ſciendũ ꝙ iudei duo imponebãt xp̃o
ſ. ꝙ erat ſamaritanus ⁊ ꝙ habebat demo
nium. Mouebantur autẽ ad dicendũ xp̃ȝ
ſamaritanum q2 ſamaritani erant odioſi
iudeis. ⁊ libenter male dicebant de eis.
Quia igitur xp̃s repꝛehendebat iudeos
⁊ dicebat ꝙ non erant filij dei ſed dyabo
li mouebantur dicere ipſum ſamarita
num. ¶ Mouebantur autem ad dicen
dum ipſum habere demonium ſecundum
Oꝛige. Quia demonis eſt capere multa
que non capiunt homines: cum ex ſuis na
turalibus habeant clarioꝛem intellectum
Et quia xp̃s dicebat ſermones tranſen

dentes humanũ intellectum:ut puta ꝙ ꝓ ceſſiſſet ex deo.⁊ ꝙ eſſet equalis patri ⁊ ſimilis.ideo mouebantur dicere ipſum eẽ demoniacum.¶ Quantum ad xp̃i reſpõ ſionem dicit reſpõdit yh̃s ⁊c.Ubi ſciendũ ꝙ de pͥmo ꝙ iudei imponebãt xp̃o.ſ.ꝙ eſſet ſamaritanus non excuſat ſe ſecundũ Augu.Ratione interp̃tationis nominis. quia ſamaritanꝰ.⁊ cuſtos interpretatur. Et quia xp̃s erat cuſtos humani generis ideo non negauit ſe fore ſamaritanum. ¶ De ſecundo.ſ.ꝙ nõ haberet demoniũ h̃ oſtendit rationabiliter.Et intendit talẽ rõnem ꝓprietas demonis eſt querere in ſuis ſermonibus gl'iam ꝓpriã.⁊ per conſe quens non glorificare deum. Sed ego ꝓ priam gl'iam non quero: ſ; gl'iam patris mei.ergo non habeo demoniũ.S; h; glori ficem p̃rem meũ:tñ vos inhonoraſtis me ⁊ ꝑ conſequens p̃rem meum.Ipſe autem p̃r gl'iam meam querit ⁊ ipſam indicat. ¶ Attendat xp̃ianus quilibet ad magi ſtrũ ſuũ ⁊ caput.ſ.xp̃m manſuetũ. ⁊ diſcat paciẽtiã haberẽ qui audito tãto improperio vt ꝙ eſſet demoniacus qui erat verꝰ deꝰ non iraſcit̃ ſ; ſic benigne ſe excuſat.Unde Grego.Ecce iniuriã ſuſcipiẽs deus.nõ cõ tumelioſa verba reſpõdet. ¶ Sciendũ ẽ autẽ h̃ vbi xp̃s non negat ſe ſamaritanu; qui interp̃tatur cuſtos: ꝙ xp̃s eſt ille cu ſtos de quo p̃s. Niſi dominꝰ cuſtodierit ciuitatẽ fruſtra vigilat qui cuſtudit eam. ¶ Unde põt figurari ꝑ illu; cuſtode de quo d̃r p̃s.21.Onus duma ad me clamat ex ſeyr:cuſtos quid de nocte:cuſtos quid de nocte:dixit cuſtos venit mane: venit nox:ſi queritis querite cõuertimini ⁊ ve nite.¶ Ubi ſciendũ ꝙ ꝑ duma ꝙ idẽ eſt ꝙ ydumea que interp̃tatur terrea:intelli gitur mundus terrenꝰ. Per ſeyr vero q interpretatur yſpidus: intelligit̃ diuina iuſtitia que valde yſpida eſt ⁊ aſpa pecca toribus.¶ Per onus vero intelliguntur penalitas ⁊ grauitates que ſunt in mũdo.

¶ Homines igitur exiſtentes in penali tate huius mũdi:cõſiderantes aſperitatẽ diuine iuſtitie clamãt ad xp̃m: ⁊ interro gant.d.cuſtos quid de nocte:cuſtos quid de nocte.¶ Ubi ſciendũ ꝙ ꝑ noctẽ obſcu ram:intelligitur peccator exiſtẽs in tene bris peccatorum. De h̃ igitur peccatore quid ſit ⁊ qd ſupuenturũ ſit interrogant. Et ſignanter bis interrogãt:q: dupliciter põt conſiderari peccator.ſ. quantũ ad ſta tum vite ſp̃ũalis.⁊ quantum ad ſtatũ vite temporalis.de quorum quolibet quid de ipſo ſit:q̃ſtio ꝓponitur xp̃o. ¶ His autẽ queſtionibus reſpondet xp̃s.d.Uenit ma ne:venit nox.Ubi ſciendũ quantũ ad ſta tum naturalem peccatoris reſpõdet xp̃s ꝙ venit mane ſue natiuitatis: ⁊ nox ſue mortalitatis. ¶ Quantum ad ſolutione; alterius queſtionis.ſ.quantũ ad ſtatũ ſpi ritualem peccatoris dicit ꝙ venit mane ſ.gratie q̃; receperat peccator i baptiſmo Et quia ipſam ſeruare noluit:ſ; lapſus eſt i peccatũ:venit nox culpe per q̃; peccator ad pena; eternalẽ vbi eſt obſcuritas fina liter ordinatur.¶ Licet ãt iſta de pecca tore cuſtos annũciet:attenõ tam̃ ẽ ſalubre conſiliu; ꝙ ſubiũgit. Si queritis inquit q̃rite cõuertimini ⁊ venite. Nã peccator de quo annũciatur pẽa p̃dicta:debet mul tum timere ⁊ ſequi cõſilium ſibi datu;.vt ſ.querat dominũ diligẽter. Unde Iſ.55. Querite dñm dum iueniri poteſt: inuo cate eum dum prope eſt. Ut autem ip̃m digne querat debet ad ipſum ꝯuerti.Uñ Ioñ.3.Cõuertat̃ vir a uia ſua mala ⁊ ab iniquitate que eſt in manibꝰ eius: qs ſcit ſi cõuertatur ⁊ ignoſcat deus ⁊ reuertat̃ a furore ire ſue ⁊ nõ peribimus. ¶ Dein de dicit.Amen amẽ dico vobis ⁊c. Ubi oſtẽdit doctrinã ſuam eſſe cum magno ꝓ fectu ⁊ ideo appetenda.Ubi ſciendum ꝙ inuenio ſermonem xp̃i.
Sanatiuũ a culpa inficiente.
Uiuificatiuũ gratia decorante.

Euangelium 26^m.

Conſeruatiuũ conſtantia roborante.
Beatificatiuũ gloria quietante.
¶ Primo inuenio ſermonẽ xp̃i ſanatiuũ a culpa inficiente. Nã ſermo xp̃i ſi cuſto diatur in mente:inficientẽ culpã expellit. vnde ſapiẽtie.16.Et eni nec herba nec ma lagma vel medicamentũ ſanauit illos ſed tuꝰ domine ſermo qui ſanat oĩa. ¶ Secũ dus eſt viuificatiuꝰ gratia decorante:iuxta ꝙ dicitur Hebr.4.Uiuus eni ſermo dei ⁊ efficax:⁊ ex quo ẽ viuus viuificat ipſu; cuſtodientem. ¶ Tertio inuenio ip̃m cõ ſeruatiuũ conſtantia roborante.Uñ ſap. 16.Ut ſcirent filij tui q̃s dilexiſti domine q̃m nõ natiuitat; fructus paſcunt homies ſed ſermo tuus hos qui in te crediderint conſeruat.¶ Quarto inuenio ip̃m beati ficatiuũ gloria quietante.Ut ſic poſſimus dicere de ſermone dei producente homi nem ad gloriam illud eccleſiaſtes.8. Ser mo illius poteſtate plenus eſt.

## Secunda pars.

Equitur.Dixerunt ergo iudei. nũc cognouimus ⁊c.Ubi tangit excellentiã impialẽ in eſſendo: ꝙ probat dignitas ſingularis.Et duo fac. quia primo põitur iudeoꝝ obiurgatio. 2° xp̃i rõnabilis reſponſio.¶ Quantum ad primũ dicit:Dixerũt ergo iudei nunc co gnouimus ꝙ demoniũ habes. Ubi ſcien dum ꝙ iudei:duo xp̃o imponebãt.ſ.ꝙ di cebat verbum falſum ⁊ ꝯtra expientiã.2° ꝙ dicebat v̾bum arrogans ꝑ ſuperbiam. ¶ Quantũ ad primũ dicit. Dixerunt er go iudei ⁊c.Ubi intendũt talẽ rõnẽ. Oẽs hõ non moriat̃ eſt ꝯtra illud ꝙ expimur ꝯtinue ⁊ ꝑ conſequẽs eſt falſum.Cum igi tur tu dicas ꝙ qui ſmonẽ tuũ ſeruauerit nõ morietur in eternũ:ꝯtra expiẽtiã loq̃ ris:⁊ ꝑ conſequẽs falſum. ¶ Sciendum eſt aũt ꝙ h̃ iudei equiuocant cum xp̃o de morte q: ipſi loquebant̃ d̾ morte naturali xp̃s v̾o de morte eternali. ¶ Quantum ad ſm in quo iponebat̃ xp̃o ꝙ dicebat v̾ bũ arrogãs ꝑ ſupbiã dic̃. Nunqd tu ma ior es ⁊c.vbi itẽdũt talẽ rõnẽ. Ille ſuper be ⁊ arrogant̃ loquit̃ q ſeipſum cõmẽdat ⁊ preponit ſe maioribus. S; tu teip̃m cõ mẽdas dicẽdo.Et q ſuauerit ſmonẽ me um non moriet̃.⁊ te preponis maioribus q: Abrahe ⁊ ꝓphis q mortui ſũt. ergo ſu pbe ⁊ arrogant̃ loq̃riſ.¶ Deiñ dic̃.reſpõ dit yh̃s ⁊c.Ubi ponit̃ xp̃i rõnabil' rñſio. Ubi ſciẽdũ ꝙ iudei ip̃m rep̃hẽdebãt de duplici arrogãtia.ſ.ꝙ ſe laudabat. ⁊ ꝙ ſe maioribꝰ p̃põebat.Et ſm h̃ xp̃s dupl'r re ſpõdet.¶ Q^m ad p^m dicit.reſpõdit yh̃s ſi ego glorifico ⁊c.Ubi itẽdit talẽ rõnem. Arrogãtiũ ⁊ ſupboꝝ ẽ ꝓpriũ querer̃ i ſu is dict; ⁊ fact; ꝓpriã gl'am ⁊ ſeip̃os lauda re.Sed ego nõ q̃ro gl'am meã. q: tũc gl'a mea nihil eẽ;.ergo nõ ſum ſupbꝰ nec arro gãs.¶ Q^m ad 2^m vbi oñdit ꝙ p̃r eũ gl'i ficat dicit.Eſt p̃r q gl'ificat me ⁊c.Ubi ſci endũ ꝙ p̃r multipl'r gl'ificauit filiũ.ſ. tpe baptiſmi q̃ñ colũba d̾ſcẽdit ſup eũ ⁊ vox p̃ris itonuit.d.hic eſt filius meꝰ dilectus ⁊c.Mat.3.ſimiliter in mõte q̃ñ nubes lu cida obũbrauit eũ ⁊ vox patris intonuit. d.h̃ eſt filius meꝰ ⁊c.Mat.17. Et tpe paſ ſionis q̃ñ vox facta eſt ad eũ.de qua dixit turba ꝙ tonitruũ factũ erat Io.12.Et poſt paſſionẽ q̃ñ eu; in ſua dextera collocauit. ¶ Deinde dicit Abraam p̃r v̾r exultauit ⁊c.Ubi oſtẽdit ꝙ maioribus ſe nõ p̃ponit arrogãter.Et probat ꝑ talẽ rõnem. Qui cumq; expectat aliquod bonũ vt donũ ali quod ab alio.ẽ minor 1° a quo expectat il lud.S; Abraã expectauit videre diẽ meũ quẽ videns gauiſus eſt.ergo Abraã ẽ mi nor me.⁊ ꝑ conſequens p̃ponendo me ſibi nõ loquor arrogãter. ¶ Sciendum eſt ꝙ Abraã deſiderabat videre diẽ xp̃i.i. ver bum incarnatũ ⁊ natum de virgine: quẽ vidit:nõ in vita ſua ſed credidit. S; poſt mortẽ exiſtẽs in lymbo q̃ñ xp̃s natꝰ fuit in mũdũ d̾ q̃ die natiuitat; gauiſus fuit q̃;

q̄3 plurimū: q: tp̄s xp̄s appropiquabat vt ipm cū ceteris patribus in lymbo otenꝫ extraheret ac secum ad paradisum transferret.

Tertia pars.

Sequitur. Dixerūt ergo iudei ad
B cū ꝛc. Ubi tangit existētiā eter
nalem in durādo: q̄ pbat prior
tas tēporalis. Ubi duo possumus ɔsiderare.s.

Judeoꝝ admirationem.
Xp̄i responsionem.

Quantū ad primū dicit. Dixerunt ergo iudei. 50. ānos ꝛc. Ubi sciendū s3 Cri. q̄ iudei considerantes xp̄m solum sm humanitatē mirabanꝰ q̄ ipse dixerat Abraam suū diem vidisseꝫ xp̄s non esset nisi. 33. ānoꝝ vel circa. ꝛ multi āni iam essent elapsi q̄ Abraā mortuꝰ erat. ex quo p3 q̄ solum carnaliter xp̄3 considerabāt. Si q̄ritur quare xp̄m dixerunt. 50. ānoꝝ eē: cum esset. 33. vel circa. Rꝰ. q̄ dixerūt sicut occurrit eis. Tū sm Alcuinū h non vacat a misterio: q: sicut ānus. 50. sm legem erat ānus iubileus in quo sui dimittebātur sibi liberti: sic q: xp̄s venit ad redimēdum nos de suitute dyaboli ꝛ facere liberos. 50m numeꝝ annorum expresserunt. Uel potest dici q̄ pp̄ter abstinentiā q̄3 xp̄s faciebat nō dādo se delitijs carnis: maioris etatis apparebat q̄3 esset: sic in talibus videmus cōtinue. Quantū ad secundum.s. xp̄i responsionē dicit. Dixit ergo eis yh̄s. Amen ꝛc. Cuiꝰ ratio est q: ille p quem facte sunt creature est prior illꝰ creaturis. Cum igiꝰ p xp̄m inquantū dei filius facte sint omnes creature: quia oia p ipm facta sunt Jo. 1. Ergo ipse prior omni creatura. Et sic est anteq̄3 Abraam factus est.

Quarta pars.

Sequitur. Tulerūt ergo lapides
B ꝛc. Ubi tangit pacientiā virtua
lem in supportādo: q̄ pbat hūilitas exemplaris. Ubi duo possumus cōsiderare.s.

Judeoꝝ malignitatē in psequēndo.
Xp̄i humilitatē in declinando.

Quantū ad primū dicit. Tulerūt ergo lapides ꝛc. Ubi sciēdū q̄ iudei sicut dura ceruice currūt ad lapides vt xp̄m lapidibus obruerēt. Unū Augu. Tanta duritia quo curreret nisi ad siles. q.d. q̄ sicut ipsi duri erāt: ita ad durā materiā cucurrerūt. Quantū ad secundū.s. xp̄i humilitatē in declinando dicit. yh̄s autē abscondit se ꝛ exi. de templo. Ubi sciendū sm Augu. q̄ xp̄s non abscondit se in aliquo angulo templi quasi timens: aut in aliq̄3 domūculam fugiens. sed celica potestate inuisibilem insidiantibus se constituens p medium illorum exiuit. Sciendū est ēt q̄ absconsio xp̄i primo fuit signum maxime humilitatis qua inimicis cedere voluit: cum potuisset secundum Grego. Solo velle eos adnihilare. Secundo fuit exemplum nostre imbecillitatis secundū Grego. Ut.s. hō nō exponat se morti: s3 magis dādo locum psequētibꝰ: eoꝝ irā declinet. Tertio fuit documentū digne capacitatis: vt.s. nos doceret a quibus se abscōdit secundum Grego. ꝛ in qbus habitat: q: ab illis se abscondit qui eius verba cōtemnunt. In illis aūt habitat q eius v̄ba digne recipiunt. Sciēdum est ēt loqndo moraliter q̄ per templū in q̄ erat xp̄s intellr anima cuiuslibꝫ hominis que dēet eē templū dei: iuxta illud. 2. cor. 6. Estis tēplū dei viui. L3 autem xp̄s dēeret habitare in anima vt i templo p gratiam: tamē multi sunt qui instar iudeoꝝ cum lapidibus ipm eiciūt: qui lapides sunt male cogitatōes ꝛ praua opera. Unde Beð. quotquot malas cogitatōes quis assumit: q̄si tot lapides in yh̄m mittit ꝛc deīn. quātū ad se ptinet: si ad libationē transit: yh̄m extinguit. Sciēdum ē āt q̄ inuēio xp̄3 inter alios abscondere se a q̄ttuor generibus hoium.s.



A supbis ꝛ ellatis.
A malitiosis ꝛ inuidis.
Ab auaris ꝛ cupidis.
A luxuriosis ꝛ imundis.

Primo a supbis ꝛ ellatꝭ. Nā3 q: iuxta illud ecclastici. 10. Odibilis ē corā deo ꝛ hominibus superbia. ideo xp̄s ab eis se abscondit: iuxta q̄ dr̄ Math. ij. Abscōdisti hec a sapiētibus ꝛ prudētibus ꝛ reuelasti ea puulis. Secūdo a malitiosis ꝛ inuidis. Nā q: iuxta illud Prouer. 14. Putredo ossiū est inuidia. ꝛ xp̄s in rebus immundis nō habitat: ideo a talibus se abscondit iuxta q̄ de ipsis dr̄ Deutero. 33. Deum qui te genuit dereliquisti oblitꝰ es dn̄i creatoris tui. Et seqtur. Abscondā faciē meā ab eis ꝛ ɔsiderabo nouissima eoꝝ. Tertio se abscōdit ab auaris ꝛ cupidis. Nā q: iuxta illð Ephe. 5. Auaritia ē ydoloꝝ suitꝰ. ꝛ xp̄s hitare nō pt cū ydolis: iō a talibꝰ se abscōdit: iuxta q̄ dr̄ Jsa. 57. pp iniqtatē auaritie eius iratꝰ sum ꝛ pcussi cū. abscōdi faciē meā ꝛ indignatꝰ su3. Quarto abscōdit se a luxuriosis ꝛ imūdis. Nā q: iuxta illud. 3. Pe. 2. Multi sequūtur eoꝝ luxurias p quos via veritatꝭ blasphemaꝰ ꝛ xp̄s v̄itas ē: cuꝫ talibꝰ xp̄s hitare non pōt h abscōdit faciē suā. iuxta illud Eze. 39. Juxta imunditiā eoꝝ ꝛ scelꝰ feci eis ꝛ abscōdi faciē meā ab eis. Ut āt xp̄s non abscōdaꝰ a nobis s3 ipm reuelata facie videamꝰ: debemꝰ hēre humilitatē: caritatē: largitatē: ꝛ castitatē contra q̄ttuor pdicta. Nā bti corde q̄m ipsi deuꝫ videbunt. Uidebunt mō3 in hoc mundo tū p fidē in gr̄a. ꝛ in futuro facie ad faciē in gl̄ia sempiterna. Ad q̄3 nos pducat ꝛc.

Dn̄ica palmaꝝ. Euangeliū. 27.

Um appropinquasset yh̄s
C ierosolimis ꝛ venisset bethphage ad mōtē oliueti. ꝛc. Mat. 21. Diuersitas oppinionū fuit antiquitus cuiꝰ dēbat honor ꝛ reuerētia exhiberi. Aliq dixerunt q̄ nobilitati generis vt q̄3to qs esset nobilioris generis: tanto plus honorari debeat. Aliqui diuitijs: vt quanto ditior: tanto honorabilior. Aliqui dixerunt potentie vt q̄3to quis potentior: tanto maioris honoris. Aliqui sapientie: vt quanto sapientior: tanto honorabilior. Alij virtuti: ꝛ huius sententie fuit aristo. d. Ethymolo. 4. Honor est exhibitio reuerentie in testimoniū v̄tutis. Et inter illas s. vltima fuit verior: q: honor non debeꝰ alicui nisi inquantū est bonus: ꝛ ideo primum q̄ sit honorandus est deꝰ q est essentialiter sūmū bonū. Et q: virtuosus: bonꝰ per virtutes efficiꝰ: ideo tali debetur honor. Quia vero cum primis quattuor pōt qs carere virtutibus ꝛ p consequens bonitate: ideo pp̄ter illa honor pricipaliter non debetur. Si tamē h oia simul reperirentur in aliquo talis esset merito honorandus. precipue quādo esset tante misericordie q̄ tribulatis misericorditer subueniret. Cum igitur h omnia excellenter reperiantur in xp̄o. Nam ipse notabiliter genitus q: Mat. 27. Uere filius dei erat iste. i. xp̄s Diuitijs opulentus: quia Ro. 10. Jpse est dn̄s omniū diues in omnes qui inuocāt illum. Potētia magnꝰ q: Luc. 24. Jpse fuit potēs in ope ꝛ smone. Sapientia clarus: q:. 1. Cor. 1. Jpse est dei virtus ꝛ sapiētia. Uirtutibꝰ pditus. Unde ipse dicit Sap. 24. Jn me oia gr̄a vite ꝛ virtutis. Cū ēt ipse pp suā misericordiā generi hūano captiuato i peccoꝝ vinculꝭ sbuenerit. iō ē ab oibꝰ merito cū reuerentia honorādꝰ: d q̄ honore sibi fcō fit mētio in euangelio hodierno. Jn quo beatꝰ Mat. generaliter tria tāgit.s.

Captiuitatē affligentē amariꝰ.
Pietatē liberantē benignius.
Societatē honorantē iocondius.

Primū pbat detētio nexulosa. 2m ereptio vigorosa. 3m. pcessio populosa. pm i prici. 2m ibi. Soluite ꝛc. 3m ibi. pluria āt ꝛc.

Prima pars.

Quantum ad primū vbi tāgit ꝛc. ꝙ ꝓbat ꝛc. dicit cū appropiquaſſet yhs ꝛc. Ubi ſciendum ꝙ āte aduentum xpi in mūdū genus humanum erat captiuatum in vinculis peccatorum que captiuatō datur intelligi per iᵒ aialia ligata de qbus fit hic mentio. ¶ Sciēdū eſt autem quantum ad intellectum lr̄alez ꝙ poſtq̄ȝ xp̄s ſuſcitauit Lazarum ꝛ comedit in domo Symōis leproſi curati a xp̄o ꝙ prādium ſm magiſtrū yſtoriarum fuit in bethania in quo Maria magdalene attulit alabaſtrum vnguenti. ꝛ effudit ſuper caput yh̄u ꝙ fuit die ſabbati an̄ dominicam palmaꝝ ꝙ xp̄s quieuit tota illa die ꝛ nocte in bethania: in craſtinum ꝯo voluit venire ieroſolimam ꝛ venit bethphage. vbi ſacerdotes morabanṫ i recreatōe: poſtq̄ȝ miniſtrauerāt in templo q vicīs eſt in latere mōtis oliueti. Et in̄ miſit duos diſcipulos q dicunṫ fuiſſe Petrus ꝛ philippus. Et dic̄ eis ꝙ irēt i caſtellum ꝙ erat ꝯ eos. i. an̄ eos. h ierᵐ eſt. q̄ȝ vocat caſtellum pp ipſius futurā ruinam q̄ fuit tp̄e Tyti ꝛ Ueſpeſiani. Et ibi inuenirent aſinā alligatā ꝛ pullū cum ea. ¶ Ubi ſciēdum ſm magr̄m yſtoriaꝝ ꝙ in ierᵐ ꝑpt vſum paupeꝝ tenebaṫ in quodaȝ loco cōi dcā aſinaria: ita ꝙ qn̄ aliqs idigebat ſeruicio aſine accipiebat eā: ꝛ illo die q̄ laborabat cum ea paſcebat illaꝫ: ꝛ in ſero reducebat eam ad locū ſuum ꝛ ligabat eam ibi. Un̄ ex h ſm aliq̄s vocabaṫ ſbiugalis. Tamē melius eſt dicendum ꝙ vocabaṫ ſbiugal̄: q: in lingua greca: iō ſbiugalis ꝙ aſina i latia. Hic igiṫ tria poſſumus ꝯſiderare. ſ.

Xp̄i ad ciuitatē approximatōeȝ.

Diſcipulorum deſtinatōem.

Animaliū ꝯdictōem.

cationib⁹ ſuis. Sciendū ē aūt ꝙ quattuor
ſunt ſpēs ſupbie ſecūdū Greg. 23. moral'.
Prima ē quādo homo ꝙ hꝫ nō recogno
ſcit ſe illud habere a deo. 2^a eſt quādo ali
qs illud ꝙ hꝫ ⁊ ſi reputet ſe illd̄ hr̄e a dō
tn̄ ſi credit habere ꝓprijs meritis. 3^a eſt
quando aliqs faſtuoſe oſtendit ſe habere
ꝙ non habet: vt puta ſapientiā ⁊c. 4^a eſt
quādo aliquis habet aliqd ⁊ oſtendit illd̄
ſe hr̄e non ꝓpter hedificatōem ꝓximi: ſꝫ
vt alij vilipendant. ¶ Iſtas aūt quattuor
ſpēs ſuperbie: explicite vel implicite tan
git beatus Luc. habuiſſe illos qbus xp̄s
loqbat. Nam per hoc ꝙ dic̄ ꝙ confide
bant in ſe: datur intelligi ꝙ illud ꝙ ha
bebant non recognoſcebant a deo. Non
aduertentes ꝙ dicitur Iere. 17. Male
dict⁹ homo q confidit in hoīe ⁊ pōit car
nē brachiū ſuū ⁊ recedit a dō cor ei⁹. Per
hoc aūt ꝙ dic̄ tanq̄ꝫ iuſti: datur intelligi
ꝙ ſi quid hēbant: ſuis meritis aſcribebāt.
Per hoc v̄o ꝙ dr̄ ꝙ aſpnabant alios: da
tur itelligi ꝙ ſi quid in eorum reputatiōe
habebāt: illud oñdebant: vt alij vilipende
rent. nō aduertētes ꝙ dr̄ eccl'aſtes. 7. No
li preuaricari in amicū pecuniam d̄ferētē:
neq̄ꝫ frēm kariſſimum ſpernieris. implici
te v̄o datur itelli ꝙ non erant illd̄ ꝙ oſtē
debant ſe eſſe: non attendētes illud gal.
6. Si qs exiſtimat ſe aliquid eſſe cum ipe
nihil ſit ſeipm̄ ſeducit. ¶ Quantū ad ſe
cundum. ſ. ꝓuerbium opantium attēdend̄
dicit duo hoīes aſcendebant ⁊c. Ubi ſcien
dum ꝙ circa opatōem illorum duoꝝ tria
poſſumus ꝯſiderare. ſ.
Condictōis natiuitatem.
Intētōis conformitatem.
Conuerſatōis diuerſitatem.
¶ Quantum ad primū dic̄ duo homies.
Nam iſti eiuſdem condictōis erant quan
tum ad nat. qr hoīes. ¶ Q^m ad intentio
nis cōformitatem dic̄: aſcendebant i tem.
vt ora. Nam iſti eadē itētōe tēplū aſcēde
rūt: vt. ſ. ad deū orarēt. Ut ſic potuerit di
cere illd̄ ps. Introibo in domū tuā: adora
bo ad tēplū ſcm̄ tuū. ¶ Q^m ad ꝯuerſatō
nis diuerſitatē dic̄. vn⁹ phariſe⁹ ⁊ alt pu
blican⁹. Phariſe⁹ ei idē ē ꝙ diuiſus. Nam
phꝫy diui erāt ab alijs hoīb⁹ q^m ad ſtatū:
qr ſic̄ nūc religioſi a ſecularib⁹: q^m ad ha
bitū: qr hēbāt habitū diſtictū a ſecl'aribus
⁊ q^m ad cultū: qr aliq̄s ſpāles obſeruanti
as in colēdo deū hēbant quas nō hēbant
ſeculares. ¶ Lꝫ aūt ſic eſſent diſtincti ab
alijs quantum ad exteriorē appentiam i
qua ſanctitatem exterius oſtendebant: tn̄
interius erant mali ꝓpter ꝙ aſſimilātur
a xp̄o ſepulchris dalbatis que a foris ap
parent hoībus ſpecioſa: intus v̄o ſunt ple
na oſſibus. Mat. 23. ⁊ omni ſpurcitia.
¶ Publicani vero dicebant homines q
exercebant aliqua opa ꝯmunia ⁊ publica:
ſic̄ eſt colliger̄ pedagia ⁊c. q ſcōm Greg.
vix aut nunq̄ꝫ exercent ſine peccato. Iſti
libenti⁹ audiebāt xp̄m q̄ꝫ phꝫy iuxta illd̄
Luc. 15. Erāt appropinquātes ad ihm̄ pu
blicani ⁊ peccatores ⁊ murmurabāt phꝫy.
Auditū quid xp̄s dicit eis Mat. 21. Amē
dico vob̄ quia publicani ⁊ meretrices ꝓ
cedent vos in regnum dei: cuius cām aſſi
gnans ſubiūgit. Uēit enim ad vos iohēs
in via iuſticie ⁊ nō credidiſtis ei: publica
ni aūt ⁊ meretrices crediderūt ei. ¶ Sciē
dum eſt aūt hic vbi fit mentio de oratiōe
loquēdo moraliter ꝙ iter alios actus dō
acceptos ē oratio ꝑ q̄ꝫ animus in deo illa
reſcit. ⁊ ideo theſ. 5. Semper gaudete in
dn̄o ſine intermiſſiōe orate i oībus grās
agite. Nā qr ſꝫ Aug. n̄ ceſſat orar̄ q n̄ ceſ
ſat bn̄facer̄ ideo dr̄ homini vt ſemꝑ oret:
quia ſemꝑ debet exercitare ſe in opibus
bonis. ¶ Ad qd autem oratio valeat: au
di Aug. in quodā ſermone. d. Oratio orā
ti eſt ſubſidiū. deo ſacrificiū: demonibus
aūt eſt flagellum. ¶ Sciendum ē autem
ꝙ ſic̄ ſunt. 7. dona ſpiritus ſ. animā ador
nantia vt poſſit digne deo orare: ſic ſunt
7. vicia capitalia ill' oppoſita ſi ipediētia.
⁊ ideo cōtra predicta vicia homo dꝫ orare
ne receptio ipſorum donorū impediatur.
exemplo ſapiētis. d. eccli. 23. Domine pr̄
⁊ dn̄s vite mee ne d̄relinq̄s me i cogitatu
maligno extollendā oculoꝝ meoꝝ ne d̄de
ris mihi: ⁊ oē d̄ſideriū prauū auerte a me
aufer a me vētris ꝯcupias ⁊ ꝯcubit⁹ ꝯcu
pie ne apphendāt me ⁊ aīo irreuerēti ⁊ in
fruito ne tradas me. Ubi ſic̄ patebit ꝓſe
quēdo tāgit. 7. vicia oppoſita dict̄ dōis.
¶ Sciēdū ē aūt ꝓſequēdo d̄ iſtꝫ: vt pꝫ Iſ.
ij. ſic ordinant. p^m donū ibi poſitū ē donū
ſap^e: huic opponit pcc̄m luxurie: qr enim
ſapiētia ē munda iuxta illud Iac. 3. Que
autem de ſurſum eſt primū quidem pudi
ca eſt. ideo nō poteſt eſſe in homine luxu
rioſo: quia iuxta illud ſapiētie. 1°. In mali
uolam animā non introibit ſapientia: nec
habitabit i corpore ſubdito peccatis. ⁊ iō
ſi vl't ſapientiā recipere: dꝫ ipſam a dō pe
tere. d. illud ſapientie. 9. Da mihi dn̄e ſe
diū tuaꝝ aſſiſtricē ſapientiā ⁊ noli me re
probare a pueris tuis quoniā ſeru⁹ tuus
ſum ego ⁊ filius ancille tue. Debet ēt ne
vitium luxurie dn̄et in ipſo. dicens eccle
ſiaſtici. 23. Aufer a me concubitus ꝯcu. ne
apprehen. me. ꝙ ſi deuote petierit deus
exaudiet ipſum. ¶ Hoc autē fuit figura
tum Exo. 8. vbi ſnialiter dicitur ꝙ cū mul
titudo ranaꝝ eſſet in terra egypti: dixit
pharao Moy. ⁊ Aarō orate dn̄m vt aufe
rat a me ranas cūq̄ꝫ oraſſet Moy. mor
tue ſunt rane que erant in terra egypti.
¶ Ubi ſciendū ꝙ ꝑ ranas que libenter
ſtant in paludibus ⁊ in locis lutuoſis: in
telligūtur homines qui i luto luxurie nu
triunt: qbus dr̄ Iac. 5. In luxurijs enutri
ſtis corda veſtra. Iſte aūt rane. i. luxurio
ſi fuiſſe in terra egypti dicūtur que inter
pretatur tenebra vl' obſcuritas: qr omnes
tales obſcuri ſunt ⁊ tenebroſi ꝓpter imun
diciā illius peccati fetidi. ¶ Si aūt homo
vult ab hoc pccō curari vt poſſit in ſe do
num ſapientie recipe: debet pro poſſe ſe
ad deum per orationem conuertere: ꝙ ſi
humiliter fecerit: quāuis prius fuerit im
mundus: tamen merebitur curari. quia. i.
Thy. 4. Sanctificatur enim per verbum
dei ⁊ orationem. ¶ Secundum eſt donū
intellectus cui cōponitur peccatum inglu
uie: quia enim donum intellectus datur
abſtinentibus iuxta ꝙ de Daniele abſti
nente dicitur Dan̄. i. ꝙ deus dedit Danie
li intelligentiam omnium viſionum. quia
vero nimia cibi ⁊ potus ſumptio mentē
ebetat iuxta illud Oſee. 4. Uinum ⁊
ebrietas aufert cor: ideo in talibus nō po
teſt eē donū intellectus: qr iuxta illud ſa
piētie. i. ſancti. Diſcipline effugiet fidum

⁊ auferet ſe a cogitatōibus que ſunt ſine intellectu. Et ideo ſi vult donū intellectꝰ recipe:debet ipm a dño petere.d.cū ps. Da mihi intellectū vt diſcā mādata tua: ꝙ ſi deuote petierit: ds exaudiet ipſum. ¶ Hoc aūt fuit figuratū exo.8. Ubi ſentētialiter dr̄ ꝙ cuꝫ in domo phonis ⁊ ſeruorum ſuorū eſſet multitudo muſcarū rogauit Moy. vt oraret ad dñm vt muſce recederent:cum igiť oraſſꝫ Moy. receſſerūt muſce. ¶ Ubi ſciendum ꝙ ꝑ muſcas que ſunt animalia libenter comedētia dulcia: intelligunť homines dediti delitijs gule: de qua ro.14. Non ē regnuꝫ dī eſca ⁊ potꝰ ſed iuſticia ⁊ pax. ¶ Iſte muſce dicuntur fuiſſe ī rege phone ⁊ ī ſuis ſuis:q: cōmuniter omnes tam magni q; pui:iſti maledicte īgluuie ſunt ſubiecti de qbus eccli.6. Omnis labor hoīs ī ore eius.tamen non aduertūt miſeri illud.1.cor. ¶ Eſca vēter ⁊ vēter eſcis deus āt hūc ⁊ has dſtruet. Sī aūt homo vlt ab iº peccato curari:vt poſſit ī ſe donum itellectus recipe:debet cum abſtinētia exorare.q: h genus demoniorum nō eicitur niſi per oratōem ⁊ ieiunium. Mat.17. ¶ 3m ē donū conſilij:cui opponiť peccatum iracūdie:q: enim illud donum reqrit qetum aīum:q: vō ira inqetat aīuꝫ hoīs:iuxta illd poeticū. Ira īpedit aīuꝫ ne poſſit cernere veruꝫ.ideo donum cōſilij non pōt eſſe ī homie iracūdo: ⁊ ideo ſi homo vult donū conſilij recipeř: debet ipm a domio petere.d. Iſ.5. Uēiat conſilium ſancti iſrl̄:⁊ ſciemus.debet etiā petere ꝙ non ſubiaceat iracundie.d.animo irreuerenti ne tradas me vbi ſupra. Et ſic merebitur exaudiri. ¶ Hoc auteꝫ fuit figuratum exo.9. vbi ſententialiter dicitur ꝙ cum in terra egypti eſſent tonitrua ⁊ grando peruālida: Phareo dixit Moy.⁊ aaron orate ad dominum vt deſinant tonitrua ⁊ grando:cūq; oraſſent:ceſſauerunt. ¶ Ubi ſciendum ꝙ per tonitrua ſtrepitum magnum facientia intelligitur iracūdia ꝙ peccatum homines cōmouet ⁊ perturbat. Unde prouer.25. Uir iracundus prouocat rixas. ſignificatur etiam per grandinem que ledit terre naſcentia: quia iracundus alios conatur ledere vindictam de omnibus appetendo. ¶ Iſta tonitrua ⁊ grando: dicuntur fuiſſe in terra egypti:quia iracundia faē hominem tenebroſum ⁊ deo diſplicibileꝫ iuxta illud eccleſiaſtici.27. Ira:furor vtraq; execrabilia ſunt ⁊ vbi peccator continens erit illorum. Non aduertunt tamē miſeri illud eccleſiaſtici.30. Zelus ⁊ iracūdia minuūt dies ⁊ ante tempus ſenectāꝫ adducit cogitatus. ¶ Si autem homo vult ab iſto peccato curari vt poſſit in ſe recipere donū conſilij:debꝫ inſtar Moy. dominum exorare:iuxta illud Jac.5. Triſtatur aliquis veſtrum:oret equo animo ⁊ pſallat. ¶ Quartum eſt donum fortitudinis:cui opponitur peccatum accidie quia h donum facit hominem conſtanteꝫ ⁊ promptum ad opera bona. Accidia vero reddit ipſum negligentem.iuxta illd prouer.19. Pinguedo immittit ſaporem. Unde prouer.13. Uult ⁊ non vult piger.⁊ ideo donum h non poteſt eſſe cum homine pigro:⁊ ideo ſi vult habere h donum: debet ipſum a domino petere:quia ipſe ē fortitudo noſtra.iuxta illud Iſ.12. Fortitudo ⁊ laus mea dominꝰ ⁊ factus eſt mihi in ſalutem debet etiam petere ne ſubiaceat accidie.d.animo infruito ne tradas me vbi ſupra. ¶ Hoc donum ad vincendū dyabolum ⁊ peccata debet quilibet a deo petere vt ſit victor exemplo Sanſonis: de quo figuratiue dicitur ſententialiter Judic.16.ꝙ cum captus fuiſſet a philiſtini ⁊ exoculatus ⁊ ſibi illuderent: inuocato domino:ait domine deus memēto mei ⁊ redde mihi priſtinam fortitudinem vt vlciſcar me de hoſtibus meis:⁊ pro amiſſione duorum luminum vnam vltionem recipiam:qui apprehēſis duabus colūnis



qbus domꝰ innitebať:diruit domus ⁊ interfecit oēs qui erāt intus ⁊ ſic ſe vindicauit dē ipſis. ¶ Ubi ſciendū ꝙ ꝑ philiſtini qui interpretať ceciderūt:intelliguntur demones qui per ſupbiā ceciderūt.dē celo. Propter ꝙ lucifero eorum principi dr̄ Iſa.14. Quō cecidiſti lucifer qui mane oriebaris. Per ſanſon āt qui interꝑtatur ſol fortis: intelligiť qlibet hō in quo deus poſuit intellectū ad cognoſcendū deſignatum ꝑ ſolem illuminantē ⁊ liberū arbitriū tam forte ⁊ valide ꝙ nō pōt cogi ab aliqua creatura. Demones igiť ſuis tēptationibꝰ hominē conſentientē multociēs capiūt: ⁊ ei eruūt oculos: dū non ꝑmittūt ipꝫ conſiderare ſibi neceſſaria ad ſalutē.⁊ ſibi illudūt q: ꝑ iſta bona tranſitoria dimiſit incōmutabile bonū. ¶ Hō aūt vidēs ſic ſe detentum:dꝫ mentē ꝑ orationē ad deū erigere ⁊ inſtar Sanſonis petere vigorē: quo acceproꝫ ſe vindicare de dyabolo abiciendo h que pccā commiſit ⁊ oībus eius temptationibꝰ obuiare.dicēdo illud.1. Macha.2. Et ſi oēs gētes regi antiocho obediūt vt diſcedat vnuſqſq; a ſeruitute legis prm ſuoꝝ ⁊ conſentiat mandatis eius. Ego ⁊ filij mei obediemꝰ legi prm noſtroꝝ propitius ſit nobis deꝰ. ¶ Quintū eſt donum ſcientie cui opponiť pccm̄ auaritie:q: eniꝫ donum ſcientie dirigit hoiem in agendis iuxta illud Prouer.9. ſcientiā ſcōꝝ prudētia:auaritia vero ad res tpales hominēꝫ inclinat:iō donū ſciētie nō pōt eſſe ī hoie auaro. Et iō ſi hō vult h donū in ſe recipe dꝫ illud petere.d.cū ps. Bonitatē ⁊ diſci. ⁊ ſcientiā doce me.⁊ ēt petere ne ſit in eo auaritia.d.illd Tren.23. Omne deſideriū prauū auerte a me. Quod ſi deuote petierit:merebiť exaudiri. ¶ Hoc autem fuit figuratum Exo.10. vbi ſentētialiter diciť: ꝙ cum interea egypti eſſet multitudo locuſtarum deuaſtantium oīa terre naſcentia rogauit.pho Moy.⁊ Aaron vt orarēt ad dominum ꝙ diſcederent locuſte ꝙ cuꝫ Moy.oraſſet receſſerunt omnes. ¶ Ubi ſciendū ꝙ per locuſtas corrodentes omnia virentia intelliguntur homines auaritie dediti alios expoliantes: iuxta illud Prouer.2. Semite oīs auari aīas poſſidētiam rapiūt. ¶ Iſte locuſte dicūtur fuiſſe in egypto:q: auaritia excecat auaros. Si aūt homo vult ab hoc peccato curari vt poſſit in ſe donuꝫ ſciētie recipe:debet orare.d.cū ps. Inclina cor meū deus in teſtimonia tua ⁊ nō in auaritia. ¶ Sextū eſt donum pietatis cui opponitur inuidia:q: enim h donū facit hominē benignū ⁊ proximū diligere:⁊ ꝑ conſequens gaudere dē bonis proximi. Propter ꝙ diciť 2. Pe.1. Miniſtrate ī pacientia pietatē in pietate vero amorem: in amore aūt fraternitatis caritatē. Inuidia vero facit hominē neq; ⁊ dolere de bonis proximi. vnde eccleſiaſtici.14. Nequā eſt oculus inuidi ⁊ auertens faciē:⁊ deſpiciēs animā ſuam. ideo donum pietatis non pōt eſſe in homie inuido. Et iō ſi hō vult hoc donū in ſe recipe: dꝫ dicere cum aplo Ty.2. Abnegantes impietatē ⁊ ſecularia deſideria ſobrie ⁊ iuſtē ⁊ pie viuamus in hoc ſeculo.debet etiam petere ne ſit in eo inuidia. di. ne derelinquas me in cogitatu maligno vbi ſupra. Et ſi deuote petierit merebitur exaudiri. ¶ Hoc aūt fuit figuratū Exo.21. vbi ſentētialiter dicitur ꝙ cum filij iſrael tranſirēt per deſertum vt irent ad terram promiſſionis:ꝙ propter eorum murmurationem fuerunt in deſerto multi ſerpentes igniti ⁊ venenoſi affligentes eos vehementer: qui iuerunt ad Moy. vt oraret ad dominum vt auferret ſerpentes:orauitq; ⁊ populus ab ipſis liberatus eſt. ¶ Ubi ſciē. ꝙ per illos ſerpentes hoies mordentes: itelliguť inuidi qui portant ſemper venenum in ore hominibus detrahendo: de quibus ps. Acuerunt linguas ſuas ſicut ſerpentes:ve. aſpid ſub la. eorum. Non aduertentes quia putredo oſſiuꝫ inuidia

Prouer.14. ¶ Iſti ſerpentes dicuntur
fuiſſe in deſerto: quia in mundo ſignifica
to per deſertum multi ſunt inuidi. Unde
Ezech.22. Uiri detractores fuerunt in te.
¶ Si autẽ homo vult curari ab illo pec
cato vt habeat in ſe donuʒ pietatis debet
ſe offerre deo.di. illud ſapientie. 6. neqꝫ
cuʒ inuidia tabeſcente iter habeo. Et ideo
1.Pe.4. Eſtote prudentes ⁊ vigilate in
orationibus: ante omnia autem mutuam
in vobiſmetipſis caritatem continuaʒ ha
bentes: quia caritas operit multitudineʒ
peccatorum. ¶ Septimũ eſt donum timo
ris: cui opponitur peccatuʒ ſuperbie: quia
enim donum timoris facit hominem reue
rentem deo ⁊ vitare peccata iuxta illud
Prouer.15. Per timorẽ domini declinat
omnis a malo. ſuperbia vero ẽ origo pec
catorum: iuxta illud eccleſiaſtici.10. Initi
um omnis peccati eſt ſuperbia: ideo hoc
donuʒ non poteſt eſſe in ſuperbo. Et ideo
ſi homo vult habere hoc donum: debet a
deo petere.d.cuʒ ꝑs. Confige timore tuo
carnes meas: a iu.enſʒ tuis timui. Quod
ſi deuote petierit: merebitur exaudiri.
¶ Hoc autẽ fuit figuratum numeri. 41.
vbi ſententialiter dicitur ꝙ cum in deſer
to eſſet accenſus ignis ⁊ deuoraſſet extre
mam partem caſtrorum: orauit Moy. ⁊
abſortus eſt ignis. ¶ Ubi ſciendũ ꝙ per
ignem qui inter alia elleuata tenet altio
rem locum intelliguntur ſuperbi qui ſu
per alios ſemper volunt exaltari iuxta il
lud abdie.1. Superbia cordis tui extulit
te. ¶ Iſte ignis dicitur in deſerto deuo
raſſe extrema caſtrorum: quia in mundo
multi ſunt ſuperbia irretiti. Unde Eze.7.
Floruit virga: germinauit ſuperbia: iniqui
tas ſurrexit in virga impietatis. ¶ Si au
tem homo vult curari a ſuperbia vt ha
beat in ſe donum timoris: debet dño dice
re illud.1.Cor.4. Orabo ſpiritu: orabo ⁊
mente: pſallam ſpiritu: pſallam ⁊ mente.

Secunda pars.

Equit. Phariſeꝰ ſtans apud ſe
⁊c. Ubi tangit modũ rogationis
realiter differentẽ: ꝙ probat ꝓ
poſituʒ declaratũ. Ubi ſciẽdũ ꝙ q̃uis ſint
aliqua que d̃ ſe ſunt d̃ genere bonoꝝ tamẽ
ꝓpter aliquas circõſtantias debitas vel
indebitas fiunt deo accepta vel non. Et iõ
lʒ oratio quantũ eſt de ſe ſit de genere bo
norum ſi tñ fiat modo debito: eſt deo pla
cibilis ſi vero indebito nõ. Et hinc eſt ſʒ
Grego. ꝙ in oratione phariſei ⁊ publicani
oſtendit nobis xp̃s qualr̃ ſibi debeamus
porrigere preces noſtras. ¶ Hic igit̃ duo
poſſumus ꝯſiderare. Primo rogandi mo
dũ deo exoſum. Secundo modũ gratioſuʒ
¶ Quantũ ad primũ dicit. Phariſeꝰ ſtãs
⁊c. Ubi ſciendũ ꝙ circa modũ rogãdi hu
ius phariſei ſex poſſumus ꝯſiderare. ſ.
Geſtum obſtentatum.
Affectum recuruatum.
Obiectum veneratum.
Subiectum cõmendatum.
Proximum reprobatum.
Actum explicatum.
¶ Quantũ ad geſtũ obſtẽtatũ dicit'. pha
riſeus aũt ſtãs. vbi ſciendũ ꝙ iˢ phariſeus
tanq̃ʒ ſupbꝰ: ẽt i geſtu oñdebat ſuã ſupbiã
ſm Tho. q: nõ genibꝰ flexis oraſſe dr̃ ſed
ſteniſſe. ¶ Quantũ ad affectũ recuruatuʒ
dic̃ h̃ apd̃ ſe orabat. Ubi ſciendũ ſʒ Baſi.
ꝙ iˢ phariſeꝰ tanq̃ʒ recuruꝰ ad ſe ipʒ nõ ſi
cut oñdẽs affectũ ſuũ ad deũ oreſſe dr̃ ap̃
ſe. ¶ Qm ad obiectũ veneratũ dic̃: deꝰ gra
tias ago tibi. Ubi ſciendũ ſʒ Augu. d̃ ver
bis dñi ꝙ phariſeꝰ nõ reprehendit̃: q: deo
gr̃as agebat: ſʒ q: d̃ ſe p̃ſumebat q: nulluʒ
defectũ ſe reputabat hẽre: ſʒ i mlr̃is bõis
opibꝰ habũdare. Ubi Augu. de verb dñi.
Quis ẽ igit̃ q ipie oppugnat gr̃aʒ: ſi rep̃
hẽdit̃ q ſupbe ait gr̃as: audiãt q dñt deꝰ
me hoieʒ fec̃: ego me iuſtũ facio: o peior ⁊
deteſtabilior p̃ho q ſupbe iuſtũ ſe dicebat
ſʒ tñ iñ gr̃as agebat. ¶ Qm ad ſubiectuʒ
ꝯmẽdatũ dic̃: q: nõ ſum ſic̃ ceteri ⁊c. Ubi
ſciendũ ꝙ hõ põt ſe dupliciter cõmẽdare
vno mõ directe: dicẽdo ſe hẽre aliqua bõa
alio mõ indirecte: dicẽdo ſe carere aliqbꝰ
defectibꝰ: ⁊ vtroqꝫ mõ ꝯmẽdauit ſe iˢ pha
riſeꝰ. ¶ Sciẽdũ eſt aũt ꝙ q̃ʒtũ ad p̃ñs ſpe
ctat: hõ põt dãnificare ꝓximũ tripliciter.
Prio in pſona ꝓpria ipʒ iniuſte opprimi
mẽdo: ⁊ tal' p̃t dici iniuſtꝰ. Secũdo i pſona
ꝯiũcta vxorẽ illiꝰ poluẽdo: ⁊ iſte dr̃ adult.
Tertio res ſuas auferẽdo: ⁊ iˢ dr̃ raptor
ꝯtra q̃ ſũt tria p̃cepta d̃ qbꝰ dr̃ Exo.22. nõ
occides: nõ mecaberis: non furtũ facies.
Iſte igit̃ phariſeꝰ volẽs ſe ꝯmẽdare: dicit
nõ eẽ aliquod p̃dictoꝝ: ⁊ iõ dic̃ nõ ſum ſic̃
⁊c. ¶ Sciẽdũ ẽ ẽt ꝙ i iª ſua ꝯmẽdatõe oñ
dit̃ eius magna ſupbia ſm Augu. de ver
bis dñi: q: nõ ſolũ aliqbus: ſʒ ẽt oibus vo
luit ſe p̃ferre. ¶ Quãtũ ad ꝓximũ repro
batũ dicit velud ẽt h̃ publicanꝰ. Ubi ſciẽ
dum ſm Augu. d̃ verb dñi ꝙ phariſeꝰ ſe
iuſtũ reputãs vidẽs publicanũ: quẽ tanq̃ʒ
pccõrem deſpiciebat magis erigebat̃ i ſup
biã ⁊ plus de ſe p̃ſumebat. ¶ Sciẽdũ eſt
aũt ꝙ phariſeꝰ plꝰ peccauit ꝯtẽnẽdo publi
canũ: cui debebat ꝯpati q̃ʒ ſi ipʒ excepiſſet
⁊ ex h̃ appebat ꝙ nõ digne reddebat deo
gr̃as: q: q deo gr̃as reddit aliis non iſul
tat. ¶ Quantũ ad ceterum actum explica
tum dicit ieiuno bis ⁊c. Ubi ſciendum ꝙ
poſtquã phariſeus ſe cõmendauerat indi
recte oſtendens ſe carere vitiis h̃ conſe
quenter cõmendat ſe directe exprimẽdo.
Uñ Theo. expeditã non ſolũ declinare a
malo ſʒ ẽt agere bonũ ⁊ iõ cũ dixiſſet non
ſum ſicut ceteri ⁊c. ſubiungit per oppoſi
tum ieiuno bis in ſabbato. Et hic accipi
tur ſabbatũ ꝓ tota ſeptimana. ¶ Sciẽdũ
ẽ aũt loquẽdo moralr̃ de iª ꝯmẽdatõe phei
ꝙ hõ alñ p̃t peccare i deũ: ⁊ ſic dr̃ iniuſtꝰ
q: fac̃ iniuſtitiã deo. Alñ in ꝓximum. ⁊ ſic
dicit̃ raptor. Aliquando in ſeipſum: ⁊ ſic
dr̃ adulter. Ni i ſm illud.1.Cor.6. Omne
quotcunqꝫ fecerit hõ extra corpus ſuum:
q autem fornicatur i corpus ſuũ peccat
Comẽdat igit̃ ſe phẽus vitupando alios
ꝙ nõ ẽ ſic̃ ceteri i aliq̃ p̃dictoꝝ. ¶ Qm ad
2m. ſ. modũ rogãd grõſum dic̃. Et publi
canꝰ a lõge ſtãs ⁊c. Ubi ſciẽdũ ꝙ pccõr ꝯ
ſiderãs pẽam pccõ d̃bitã dʒ multũ timer̃:
cõſiderãdo aũt iniuriam q̃ʒ fecit deo peccã
do: debʒ multum verecundari. conſiderã
do vero ꝙ peccando deum offendit debʒ
multũ dolere: conſiderando tamen diui
nam miſericordiã dʒ ipſam humilr̃ inuocar̃
Scdm̃ h̃ igitur i or̃one publicãi quattuor
poſſumus conſiderar̃. ſ.
Terrorẽ pterrẽtem.
Ruborem deprimẽtem.
Dolorẽ affligẽtem.
Dulcorem miſerantem.
¶ Qm ad pm dic̃. Et pub. a lon. ſtans. Si
cut enim videmus ꝑ expientiam qñ ali
quis timet aliũ nõ audet approximar̃ ad
ipm. ſed ſtat a remotis. In hoc igit̃ ꝙ pu
blicanus dr̃ ſteriſſe a longe dat̃ intelligi
timor quem habebat de diuina iuſticia.
¶ Lʒ aũt ex timore publi. ſtaret a longe:
tamen ſm Aug. diuĩa pietas faciebat euʒ
ꝓpinquum. ¶ Qm ad ruborem d̃primẽ
tem dic̃: nolebat nec oc. ad ce. leuare. Sic̃
enim videmus ꝙ qñ aliqs hʒ verecũdiã
de aliq̃ diſplicibili fcõ dño ſuo: nõ audet
in ipm reſpicere vt puta ſi prodiſſʒ ipm
⁊c. ſic per h̃ ꝙ li dr̃ ſm Tho. publicanum
oculos ñ leuaſſe: dat̃ itelli ꝙ v̾ecũdabat̃ d̃
vitiis ꝑpetratis. ¶ Qm ad dolorẽ affligẽtẽ
dic̃: ſʒ pcutiebat pectꝰ ſuũ. Ubi ſciẽ. ſʒ tho.
ꝙ i pcuſſiõe pectoris dat̃ itellr̃i dolor quẽ
quẽ hẽbat de his que male cogitauerat ⁊
fecerat: quaſi cor ſuum ꝙ iuxta pectus ẽ
excitans ad dolẽdum. ¶ Qm ad dulcorẽ
miſerantem dicit .d. deus propitius eſto
mihi peccatori. Ubi Theo. Non aliud ni
ſi ꝓpitiatõem petebat. Ut eſſʒ de numero
illoꝝ .d. illd̃ p̃s. Adiuua nos d̃s ſa. nr̃. ⁊ ꝓp
glo. nois tui dñe. li. nos ⁊ propi. eſto pec.
noſtris ꝑꝑ nomen tuum. ¶ Sciendũ ẽ aũt
loqũdo moralr̃ qm ad or̃onẽ hꝰ ꝙ ad v̾am

penitentiã de peccato.3ª requirunt.ſ.coꝛ
dis cõtritio:oꝛis cõfeſſio.⁊ operis ſatiſfa
ctio. que tria hũit i^c pb.⁊ vere penitens
fuit.Nam habuit cõtrictionez ⁊ ideo ocu
los ad celum nõ leuabat.hũit oꝛis cõfeſ
ſionẽ.Unde dicit.ds ppi. ⁊c.habuit ope
ris ſatiſfactiõem:⁊ ideo pcuciebat pectus
ſuũ.Et ideo ſcõm Augu.de verb domini
indulgentiã meruit obtinere. ¶ Exẽplo
igitur huius dʒ quilibʒ peccatoꝛ culpam
ſuã dolendo agnoſcere ⁊ veniã poſtulare.

Tertia pars.

Sequit. Amen dico vob deſcen
dit hic ⁊c.Ubi tangit fructum
pmiationis veraciter cõtinentẽ
q pbat beneficiũ condonatũ.Ubi ſciendũ
q de officio iuſti iudicis ẽ retribuere vni
cuiqʒ ſcõm opera ſua.Quia igitur phãeus
⁊ pub.diuerſimode deo pces poꝛrexerũt:
ideo ſecundũ Aug.de verb dñi:meruert
diuerſimode pmiari.⁊ ideo dicit. Amen
dico vob ⁊c.Homo igit inſtar hui⁹ iuſti
ficatus per xpm dʒ in bono pſeuerare.ꝺ.
illud Job.27.Juſtificatiõem meã quã cepi
tenere:nõ deſeram.

Quarta pars.

Sequit.Quia omnis q ſe exaltat
⁊c.Ubi tangit gradũ:condictio
nis cauſaliter pmerentem:q p
bat iudiciũ explicatũ.Ubi ſciendum ſecũ
dum Criſo.q ſupbia fuit cauſa qr phãeus
fuit condẽnatus.humilitas aũt qr publi
canus fuit iuſtificatus.¶ Sciendũ ẽ aũt
q exaltari põt homo laudabilr qñ.ſ.hõ
ſe ellenat per magnaminitatẽ ad altioꝛa
virtutũ ſcõm Baſiliũ. culpabilr vero qñ
in altuʒ p arrogantiã elleuat.¶ Sciendũ
eſt igit q exaltatio vicioſa hoiem deiẽ ſe
cundũ Criſo.hũiliatio xo virtuoſa ipm i
padiſo coꝛonat. ¶ Sciendũ ẽ aũt hic lo
quẽdo moꝛalr q duo poſſum⁹ ꝯſiderar.ſ.
Supbientium dãnum.
Humiliantiũ fructum.
¶ Q^m ad p^m dicit.Ois q ſe exaltat hũi

liabit.Ubi ſciendũ q ſtipẽdiũ exaltantiũ
ſe in i^o mũdo p ſupbiam:erit afflictio i in
ferno:iuxta illud Jſ.2.Dies dñi exerci
tuũ ſup omnem ſupbuʒ ⁊ ſup oẽm arrogã
tem ⁊ humiliabit ¶ Q^m ad hũiliantiuʒ
fructum dicit.q ſe hũiliat exaltabit.Fru
ctus enim humiliantiũ ſe in h mũdo per
obiam:erit in celo conſolõ imenſa :iuxta
illud Job.22.Qui hũiliatus fuerit:erit i
glã:⁊ qui inclinauerit oclos ſuos:ipſe ſal
uabitur.¶ Jſta ſuperboꝝ hũiliatio ⁊ hũi
lium exaltatio fuit figurata dañ.4.in na
buc.de quo ſententialr dr q cum dambu
laret in aula babil ⁊ videret ciuitatẽ ma
gnam ⁊ pulchrã:ellatus ẽ in coꝛde ſuo.d.
nõ ne h eſt babilõ quã hedificaui in dom^m
i.cõſtitui ciuitatem pꝛincipalẽ regni. Ui
dens itaqʒ ds ſuam ſupbiam : volẽs ipm
hũiliare:ſtatiʒ miſit ad eũ vnã vocẽ dicẽ
tem.tibi dr nabuc.rex reg^m trãſit a te ea
dem hoꝛa ſermo cõpletus ſup eũ ẽ:⁊ abla
tum ẽ regnũ ab eo:⁊ ex hoibus eiectus ẽ.
Nã ſtatim pdidit ſenſum ⁊ mutauit aſpe
ctum faciei:⁊ pulchritudinẽ mẽbꝛoꝝ ſic
ſolet fieri in hoibus furioſis:⁊ fenum vt
bos comedit:⁊ roꝛe celi coꝛpus eius infe
ctum ẽ donec non ſolum capilli capitis ſʒ
⁊ pilli totius coꝛpoꝛis in ſimilitudinẽ pul
uarum aquilarũ creſcerẽt:⁊ vngues eius
quaſi vngues auium. ⁊ fuit in iª punitio
ne per.7.annos.¶ Jn fine vero.7.anno
rum leuauit oculos ſuos ad celũ ⁊ cogno
ſcens diuinam potentiã inſuperabilem:
⁊ q eius voluntati omnia ſunt ſubiecta:
ipſum benedixit:⁊ ſuam vilitatem cogno
uit:⁊ quia ſic ſe humiliauit : ſenſus reſti
tutus eſt ei ⁊ figura ſua reuerſa ẽ in eo:
⁊ opimates ⁊ monſtratus ſui requiſierũt
eum:⁊ in regno reſtitutus:magnificentia
ſua amplioꝛ reddita ẽ ſibi : ⁊ tunc magni
ficans deum cognouit q ipſe gradientes
in ſuperbia poteſt humiliare:⁊ humilian
tes ſe poteſt exaltare. ¶ Ubi ſciendum
q per nabuc.qui interpretat ſedẽs in an



guſtia agnita:intelligit homo ſupbus q
ex certa ſcia in peccato ſupbie pſeuerat.
Jſte deambulans in aula babil.i.viuens
in mundanis excellẽtijs:que ſignãter dr
babil.i.cõfuſionis:q2 ſupbia in mũdanis:
hominem ad confuſionem deduc:videns
ciuitatem.i.res tẽpoꝛals:tam in ciuitati
bus quã in vill ⁊c.ex his elleuat in animo
⁊ erigit in ſupbiã:⁊ ex his tanquã ſuis glo
rians dicit nõ ne h eſt babil.⁊c.q.d.non
ne h omnia q ego cõſpicio ſunt mea:⁊ tñ
miſer nõ cõſiderat q h eſt ciuitas babil.
quia ppter iª tẽpoꝛalia:in cõfuſionẽ mul
toc.pꝛofundat:⁊ eternaliter cruciat:iuxta
q ipſi in inferno dicũt ſap^c.5.Quid nob
pꝛofuit ſupbia:quid diuiciarũ iactantia
nob ꝯtulit:tranſiert omnia tanquã vmbꝛa:
⁊ infra.Jn malignitate aũt noſtra cõſum
pti ſumus.¶ Conſidera o vir vane q in
ſuperbia erigeris ⁊ quaſi pulum onagri
te liberũ natum putas.Job.ij.qd nabuc.
accidit:cum cõtra dominũ ſupbiuit.Naʒ
ſtatim miſit ad eum dñs vocem.d.tibi di
citur nabuc.⁊c.q.d.non ſupbias d tua po
tentia:q2 regnum trãſit a te.Jta re vera
cuilibʒ ſupbo gloꝛiãti d diuitijs ⁊ excellẽ
tijs cominatur dominus ſibi eas auferre:
⁊ multoc.accidit q aufertur a ſuperbis :
⁊ ad humiles tranſfertur.¶ Non ſolum
autem regnum terrenum aliquãdo amit
titur pꝛopter peccatum ſuperbie:ſed etiaʒ
multa alia mala ſecunt.Nam.
Amittit regnum celoꝝ.
Perdit conſoꝛtiũ angeloꝛũ.
Cumulat numerus vicioꝝ.
¶ Pꝛimo amittitur regnum celoꝛum.
Unde ſequitur in figura:ablatum eſt re
gnum a te.Nam ſicut ab eo ablatum fuit
regnum terrenuʒ:ſic a ſuperbis aufertur
regnum celoꝛum:ſicẽ patet de lucifero:de
quo Jſ.14.quomodo cecidiſti de celo lu
cifer qui mane oꝛiebaris : qui dicebas in
coꝛde tuo aſcendam ſuper altitudinẽ nu
bium ſimilis ero altiſſimo. verum ad in

ferna dtraheris in pꝛofund laci.¶ Secũ
do perdit conſoꝛtium angeloꝛũ.Nam pꝛo
pter ſuperbiam homo expellitur ne ſit in
conſoꝛtio angeloꝛũ.Unde dicitur in figu
ra q nabuc.fuit eiect⁹ ab hoibus:per q
intelligitur eiectio a ſocietate ſanctoꝛũ ⁊
angeloꝛuʒ.Ut dicere poſſit cum ps.Ego
autem ſum vermis ⁊ nõ homo:obpꝛobꝛiũ
hominũ ⁊ abiectio pleb.¶ Tertio cumu
latur numerus vitioꝛũ.Nam in ſuperbo
ſunt omnia alia vicia:q2 ſupbia eſt radix
⁊c.iuxta illd eccl'aſti.10.Jniciũ omnis pec
cati ſuperbia.Hoc eſt aũt q dicitur i figu
ra q pꝛimo nabuc.pdidit ſenſum:in quo
intelligitur peccatum luxurie.Unde ps.
Nolite fieri ſicẽ equ⁹ ⁊ mulus in qbus ñ
eſt intellectus.Secundo dr q mutauit fa
ciem:in quo intellr peccatum ire.Naʒ ec
cli.13.Coꝛ hominis imutat faciem illius
ſiue in bono:ſiue in malo.Tertio dr q fe
num vt bos comedit.per q intellr pecca
tum gule.Quarto dr q coꝛpus fuit infe
ctum roꝛe celi per q intellr peccatum ac
cidie.Quinto q fuit factus piloſus in to
to coꝛpoꝛe:p q intelligit peccatum inui
die.piloſus enim terreſtris ⁊ melãcolc⁹ ⁊
ſignificat inuidiã.6^o dr q vngues ad mod
auium hẽbat:p q intellr pccm auaricie.
Nã auarus inſtar auiũ rapientiũ hñtium
vngues recuruas ⁊ alias pdantiũ:hʒ ma
nus trahẽtes ad ſe p quẽcũqʒ mod:ſic ãt
quocũqʒ modo lucrata : quaſi cũ vnguib⁹
curuatis ſibi ſoli retinet:⁊ nulli ꝯpatit:ſʒ
oibus ipius.vt ſit iª mõſtruoſa beſtia de
qua dañ.7.Dẽtes ⁊ vngues ei⁹ ferrei co
medebat ⁊ cõminuebat ⁊ reliqua ſuis pe
dibus cõculcauit. ¶ Dicitur aũt nabuc.
ſic punitus p.7.annos:vno modo ad de
ſignand q ſupbi ſunt in ſeptẽnario pecca
toꝛũ ſupꝛadictoꝝ.Alio mõ p ſeptẽnariũ.q
ẽ numer⁹ vniuerſitatẽ ſignificãs. ⁊ ſub q
tota vita nr̃a decurrit:q2 p numeꝝ.7.die
rũ:intellr penaꝝ vniuerſitas:qbus ſupb⁹
i pccis moꝛiẽs ppetuo cruciabit i iferno.

¶ Uic qualiter ſuperb⁹ ďprimit : videa
mus qualr̄ humilis exaltatur. Nam ſeqt̄
in figura ꝙ in fine dierum illius tēporis
leuauit Nabuč. oculos ad celum. Per il
lam eīm leuatōem oculorum ad celum: i
tellr̄ imploratō diuini auxilij ſine quo ne
mo pōt reſurgeꝛ ď peccō. Propter ꝙ p̄s.
Leuaui oculos meos ad montes vnď ve
niet au. mihi , auxilium ⁊c. ¶ Sic autem
leuans oculos dꝫ cognoſcere diuinam po
tētiam omnibus preſidētem pp q̄ꝫ dꝫ de⁹
ab hominib⁹ honorari: iuxta illď eccl'aſti.
3. Magna ē potētia dī ſolius ⁊ ab humi
libus honoraꝛ. Debꝫ diuinam volūtatem
cognoſceꝛ omnibus imꝑantem : in cuius
dictione vniuerſa ſunt poſita ⁊ non eſt q
ſue poſſit reſiſtere voluntati. Heſter .13.
Debꝫ ēt diuinam eſſentiam cognoſcere ⁊
ipſam laudare. d. cum p̄s. Bn̄dicam dn̄m
in omni tēpoꝛ ſemꝑ laus eius in ore meo
¶ His ď dō cognitis: quaſi ď directo aſ
pectu: dꝫ poſtmodum ad ſe cognitōnē ha
bere ⁊ ſuam vilitatē cognoſceꝛ ⁊ ſe humi
liare profunde . ¶ Quid aūt ſic ſe humi
lians a domio recipiat: audi qd ſequitur.
Nam iſtar Nabuč. ſenſus ſibi reſtituitur
⁊ figura ⁊ ďcor faciei ⁊ ꝯpoſitō mēbrorum
Ubi ſciēdum ꝙ homo conſiſtit ꝑncipaliꝛ
ex corpoꝛ ⁊ anima. In his autē duobus i
qbus iacturam patitur pp peccatum ſuꝑ
bie: pp humilitatē a dō reformatur. Per
reſtōnē igitur ſenſus itellr̄ reformatō ani
me. Ut poſſit diceꝛ. Optaui ⁊ datus ē mi
hi ſēſus ⁊c. ſap̄. 7. Per reſtōnē autē figu
re: ďcoris faciei ⁊ cōpōnis mēbrorum ītel
ligitur habitudo bona corporis q̄ꝫ homo
ꝑ humilitatē recuꝑat ⁊ ipa exterius ďco
raꝛ: ď qua col'. 3. Induite vos ſicut electi
dī ⁊ ſancti ⁊ dilecti viſcera miſericordie bē
gnitatē: humilitatē. modeſtiā ⁊ paciētiā
¶ Magr̄atus ēt ⁊ optiates iſtar nabuč.
ipm̄ reqrēt ad hitanď cum eo. i. angeli ⁊
ſci i gloria paradiſi. ¶ Regnū etiā ſibi ⁊
magnificētia amplior ꝛſtituiꝛ: quia q pri⁹
per ſupbiam regnum celorum amiſerat: p
hūilitatē in ipo magnifice: exaltatur: iuxta
illud Job. 5. Ponit hūiles in ſublimi
⁊ meretrices i ſoſpitate. Un̄ Mat. 19. Si
nite paruulos venire ad me: taliū eſt enim
regnū celorum. Ad ꝙ ⁊c.

¶ Dominica. xij. poſt pētec.

E Xiens yh̄s ď finibus tyri :
venit per ſydonem ad ma
re gallilee inter medios fi
nes ďcapoleoſ ⁊c. Mar. 7.
Uidemus per experiētiam
ꝙ qn̄ homines vidēt aliqua mira ⁊ inſoli
ta: admiranꝛ ď ipſis. Unde Luč. 2. cū Ma
ria ⁊ Joſeph inuēiſſent yh̄m ānorum. 12. i
medio doctorum: audientes illos ⁊ inter
rogantem. q: valde inſolitum eſt ꝙ puer
12. ānorum habeat tantam ſapientiam ad
mirati ſunt. Si aūt illa que vident ſint bo
na ďbent ipa in deum referre ⁊ ipm̄ cōmē
dare iuxta illud eccl'aſtici. 29. Benedicite
dominum i operibus ei⁹: date nomini ei⁹
magnificētiam. Si vero ia ſunt eis vtilia
ďbēt ď ipſis dō regratiari. Unde. 1. theſſa. 5.
Gaudete i domino ſemꝑ ſine itermiſſione
orate: in oibus gr̄as agite: ⁊ quanto plus
recipit: tanto plus obligaꝛ. Unde Grego.
in omel'. Quanto augētur dona: rōnes ēt
creſcunt donorum . ¶ Quia igitur xp̄s
vt narrat yſtoria euangelij hodierni: mira
fecit ⁊ inſolita: q: reddidit loquellā hōi ⁊
auditū: ꝙ factum fuit in ſe bonū: fuit etiā
hoibus vtle: potuerꝛ merito admirari ho
mies ⁊ ipſi regraciari. ⁊ colaudare. ¶ In
iſto igitur euāglō bt̄s Marcħ⁹ q̄ttuor tā
git euidenter. Uidelicet.
Redēptionis pietatē admirablēm.
Preuaricatiōis ꝑuerſitatē deteſtablēm.
Curatōis virtuoſitatē inſupablēm.
Informatōis ꝑclaritatē obſeruablēm.
¶ Primū ꝓbat: viſceroſus egreſſus. 2m
calamitoſus occurſus. 3m vigoroſus effe
ctus: 4m glorioſus ſucceſſus . ¶ Primū
in princi. 2m ibi. Et adducūt ei ſurdum ⁊c.
3m ibi. Et apprehēdēs eū de turba ⁊c. 4m
ibi. Et precep̄ eis ⁊c.

Prima pars.

Q Uantū ad primū vbi tangit ⁊c.
ꝙ ꝓbat ⁊c. dicit. Exiens yh̄s ⁊c.
Ubi ſciendum ſcdm̄ Greg. ꝙ ty
rus ciuitas erat gentiliū quibus aliquan
do xp̄s ꝑdicabat : ſed ne daret iudeis oc
caſionem dicendi ipm̄ trāſgreſſorē legis
ideo cū gentilib⁹ magnā moram non con
trahebat. ¶ Sciendū eſt etiam ſecundū
Bedā. ꝙ xp̄s nō trāſiuit mare gallilee ita
ꝙ iuerit ad regionem de capoleim q̄ erat
regio. 10. ciuitatū: a ca. ꝙ eſt. x. ⁊ polis ꝙ ē
ciuitas: ſed venit vſqꝫ ad mare ⁊ locus ic
reſpiciebat illam regiōem. ¶ Sciendum
eſt aūt loquendo ſpiritualr̄ ꝙ per 1m exi
tum xp̄i de finibus tyri ⁊ aduentū ad ma
re gallilee: intellr̄ exitus dei filij a p̄re : ⁊
aduētus eius in mund. Ubi ſciendū ꝙ in
ter alia: i motu ꝓgreſſiuo locali quattuor
reperiunꝛ. ſ. terminus a quo: mediū: termi
nus final'. ⁊ quies q̄ ſequiꝛ. ¶ Scdꝫ h igi
tur hic quantū ad aduentū filij dei in mū
dū quattuor poſſumus ꝯſiderare. ſ.
Terminū iniciatum.
Medium cōtinuatum.
Terminū conſumatum.
Situm contentiuū.
¶ Quantū ad primū dicit. Exiēs yh̄s ď
finibus tyri. Ubi ſciendū ꝙ ꝑ tyrū q vno
modo interpretaꝛ fortitudo: intellr̄ ďs pr̄:
cui appropriaꝛ potētia: de quo. i. Re. 2. Nō
ē ſanctus vt ē dn̄s ⁊ nō ē alius extra te:
nō ē fortis ſic ďs nr̄. Ab ipo exijt fili⁹ dei
qn̄ voluit incarnari: iuxta ꝙ ipe dič. Jo.
6. Exiui a p̄re ⁊ vēi i mūď . ¶ Qm ad 2m
ſ. medium ꝯtinuatū dič: vēit ꝑ ſydonē. Per
ſydonē enim q̄ interp̄taꝛ venatio intellr̄:
ꝙ dī fili⁹ exiuit a p̄re ſic ſollicit⁹ vēator:
q: fuit ſollicitus inqrere: ⁊ vocaꝛ peccato
res ad penitentiā. Ut ſic figuratus fuerit
ꝑ iudam mach. de quo dicitur. i. mach. 3.
Similis factus eſt leoni in operibus ſuis
⁊ ſič catl's leonis rugiens in venatione.
¶ Ubi ſciendum ꝑ iudā Mach. q inter
pretaꝛ protegēs ſiue ingēioſus: intelligiꝛ
filius dī qui ꝑ ſuam potētiam nos prote
git: iuxta illud p̄s. Domin⁹ ꝓtector vite
mee a quo trepidabo. dicitur ēt igēioſus
ꝓpter ſuam ſapiētiam: qua nos inſtruit.
Un̄ poteſt dr̄e illud ſap̄. 8. puer erā inge
nioſus ⁊ ſortitus animā bonam : ⁊ cū eſſē
magis bonus veni ad corpus incoinquī
natum. ¶ Iſte in ſuis opibus fuit vt leo
fortiſſimus ⁊ ꝑ ſuam ꝑdicationē ſalubrē
rugijt qn̄ peccatores ad penitentiā ania
bat. ¶ Quantū ad 3m. ſ. terminū cōſuma
tū dicit. ad mare gallilee. Per mare enī
gallilee intellr̄ hic mundus q: ſič mare ē
amarū: ſic mundus ē plenus amaritudini
bus. ſič etiam mare eſt tēpeſtuoſum ⁊ pi
culoſum nauigātibus: ſic mundus eſt ple
nus multis procell'ꝛ: ⁊ valde ꝑiculoſus vi
uentibus mundialr̄ propter infeſtatiōes
demonū diuerſas. Un̄ ē mare de quo p̄s.
Hoc mare magnū ⁊ ſpacioſum manibus
illic reptilia quorū nō eſt nūerus. ¶ Si
gnanter autem dr̄ mare gallilee q̄ interꝑ
tatur rota: ꝓpter modicam ſtabilitatē q̄
reperiꝛ in mūdo. Un̄ p̄s. ď hoibus mūdi.
Pone illos vt rotā ⁊ ſič ſti. ante fa. vēti.
¶ Quantū ad 4m. ſ. ſitum cōtentiuū di
cit: inter medios fines ď capoleos . regio
ſ. x. ciuitatum numerus ꝑfectus: per ꝙ in
tellr̄ ꝙ xp̄s in h mundo fuit ꝑfectus in
omnib⁹ virtutibus. ¶ Sciendū eſt autē
ꝙ aduentus filij dei in mund ⁊ exitus a
patre fuit figuratū gen̄ . 2° vbi dicitur.
Fluuius egrediebaꝛ de loco voluptatis
ad irrigandum paradiſum : qui inde di
uiditur in quattuor capita quorum h ſunt
nomina nomen vni phiſō: ſcdi: gyō: tertij:
tygris quarti eufrates . ¶ Ubi ſcien
dum ꝙ per locum voluptatis : intelligi
tur beata trinitas in qua eſt omnis de
lectatio . de qua delectatione pſalmiſta .

Inebꝛiabunt̃ ab vbertate domꝰ tue: ⁊ torrente voluptatꝫ tue potabis eos. ¶ Per paradiſum aũt terreſtrẽ intellr̃ eccl'a militans que lꝫ corporalr̃ nõ ſit i paradiſo terreſtri: ſpe tñ ⁊ ꝺſiderio eſt in paradiſo celeſti in quo poſt decurſum preſentis vite poterit realr̃ iocundari. Per fluuiũ vero intellr̃ xp̃s: qui cõgrue fluuium dr̃ pp habũdantiam ⁊ plenitudiem grãrum. Iſte ꝺ loco voluptatꝫ egreſſus dr̃.i. de ſolio trinitatꝫ ad irrigandũ paradiſum terreſtrẽ ſ. eccl'am militãtem: q̃ꝫ continue irrigat ſpiritualibꝰ donis: iuxta ꝙ ipſe dicit eccl'aſtici 34. Rigabo ortum meum plãtatõnum. ¶ Dr̃ autẽ hic fluuius in quattuor capita diuidi: vel qꝛ grã ſua ſe ad totum mundum extendit: qui in quattuor partes diuiditur pꝛĩcipales.ſ. oriẽtem: occidentem: aqlonem ⁊ meridiem: vel qꝛ ad diuerſitatem oĩum hoĩum irrigatõ huius fluuij ſe extẽdit. ¶ Signant̃ aũt dr̃ ꝙ fluuius qui diuiditur in quattuor capita: ſortit̃ quattuor nomia quattuor generibus hominum adaptanda. Ubi ſciẽdum ꝙ phiſon q interpretat̃ oris mutatõ vadit ad peccatores: quos mutare dr̃: dum ꝺ peccatꝫ ꝯuertunt̃ ad pniam. Ut ſic dicat peccator pẽitens illud p̃s. Ecce nunc cepi. h̃ mutatõ ꝺxtere excelſi. q.d. tempore p̃terito ambulaui i vitijs: nunc ꝺo iſpiratus a domino ipſa ꝺſerui: ſꝫ a me miſero non eſt tal' mutatõ. ¶ Gyon aũt q interp̃tatur luctatio vadit ad actões quoꝝ quilibꝫ debꝫ preliari contra vicia ⁊ ipſa deuincere inſtar Jacob ꝺ quo geñ.31. ꝙ vir luctabatur cũ eo vſqꝫ mane: q cum videret ꝙ eum ſupare nõ poſſꝫ: tetigit neruũ femoris eius ⁊ ſtatim emarcuit. ſic re vera homo ipugnatꝰ ab hoſte: debet viriliter ſe defendere: ⁊ ſicut vincens neruus femoris eius dicitur emarcuere: vt.ſ. victoria habita: iam nõ amplius ſentiat delectationes peccati.

¶ Tygris vero qui interpretatur velox: vadit ad contemplationes: quorum eſt ex aſſuefactione continua: velociter in deum elleuari. Unde cuilibꝫ ꝯtemplatiuo dicit̃ eccl'aſtici.31. In omnibus opibus tuis eſto velox ⁊ non occurret tibi omnis iſirmitas.ſ. peccati. ¶ Eufrates autem que interpretatur accreſcẽs vl' frugifer vadit ad beatos qui creſcentes dicuntur ⁊ frugiferi: quia adepti ſunt gloriam: in qua diuinitatis fructu ſuauiſſimo recreantur. Ut ſic quilibet eorum dicat illud cant̃.2. Sub vmbra illius quem deſideraueram ſedi: ⁊ fructus eiꝰ dulcis gutturi meo. Et in p̃s. Ego autem ſicut oliua fructifera in domo dei.

## Secunda pars.

Sequitur. Et adducunt ei ſurdũ ⁊c. Ubi tangit preuaricationis peruerſitatem deteſtabilem: qđ probat calamitoſus occurſus. Ubi ſciendum ꝙ quando homines regionis illius audierunt Chriſtum veniſſe: videntes in ipſo eſſe potentiam ſanãdi infirmos ierũt ad ipſum ducentes infirmum vt ipꝫ curaret: que infirmitas ſꝫm Tho. erat a ꝺmonio. Hic igitur q̃ttuor poſſumus ꝯſiderare.ſ.

Fidẽ ꝓmerentem.
Morbum affligẽtem.
Affectum iclinantem.
Actum adiuuantem.

¶ Quantum ad primũ dicit̃. Et adducunt ei. Ubi ſciendum ꝙ homo qui vult aliqd a deo petere: ſi illud vult obtinere: debet poſtulare in fide: iuxta illud Jac̃.1. Si qs autem veſtrum indiget ſapiẽtia: poſtulet a deo qui dat omnibus affluenter ⁊ non improperat ⁊ dabit̃ ei. poſtulet aũt i fide nihil heſitãs. Iſti igit̃ credẽtes xp̃m ifirmũ poſſe ſanar̃ eũ duxerũt ad ipꝫ. ¶ Qm ad 2m ſ. morbũ affligẽtẽ dicit̃ ſurdũ ⁊ mutũ. Iſte ei erat ſurdꝰ ⁊ mutꝰ. Unde ꝺr̃e poterat illud p̃s. Ego aũt tanq̃ꝫ ſurdꝰ nõ audiebã ⁊ ſicut mutus nõ apiẽs os ſuũ. ¶ Qm ad 3m.ſ. affectuꝫ inclinãtem dicit̃ ⁊ ꝺprecabantur eum. Ubi



ſciendũ ꝙ qñ aliqs vult hẽre aliquã grãꝫ ab aliquo ipm inclinat qñ petit cuꝫ reuerentia. Iſti igit̃ vt xp̃m inclinarẽt ipꝫ deprecabãtur. Ut ſic potuerint dicere illud 8. Eamus ⁊ deprecemur faciẽ dñi ⁊ queramus dñm exercituũ. ¶ Quantum ad quartũ.ſ. actũ adiuuantẽ dicit vt imponat illi manũ. Ubi ſciẽdũ ꝙ p illã impoſitionem manꝰ xp̃i ſup infirmũ: intelligit̃ actꝰ virtutis xp̃i ad liƀandũ infirmos: ⁊ idõ dicebant ꝙ illi manũ imponeret vt reciperet ſanitatẽ. ¶ Sciendũ eſt aũt circa iſtã pteꝫ loquẽdo moralr̃: ꝙ p iſtũ ſurdũ ⁊ mutum intelligit̃ totũ genus humanũ vel qlibet peccõr. Unde ſciendũ ꝙ inter alios ſenſus neceſſarios ad ſcientiã q̃ eſt p doctrinã ſunt auditus ⁊ loquella. Loquella ex parte docẽtis ⁊ auditꝰ ex pte audientis. ¶ Quia etiã inter alias virtutes q̃ deo placent ẽ obediẽtia iuxta illud.1.Re.15. Melior eſt obediẽtia q̃ꝫ victime ⁊ aſcultare magis q̃ꝫ offerre adipẽ arietũ: q̃ obediẽtia intelligitur in auditu. idõ quilibet dꝫ hẽre auditum ꝓmptum vt obediat deo.d. cum p̃s. Audiã quid loquat̃ in me dñs deus qm̃ loquetur pacẽ i plebẽ ſuã. Quia aũt deꝰ vlt̃ ꝙ hõ ipm laudet de receptis bñficijs idõ quilibet dꝫ hẽre linguã promptã ad ipꝫ laudandũ. d. illud eccliaſtici.51. Dedit mihi linguã mercedẽ meã ⁊ in ipſa laudabo eũ. ¶ Dr̃ aũt hõ ſurdus ſꝫm Bedã qui non audit libẽter verba diuina. mutꝰ qñ deuꝫ nõ laudat. ¶ Sciendũ eſt aũt ꝙ hõ tribus de cauſis efficitur corporaliter ſurdus. Primo pp obiectũ iproportionẽ. Nã qñ obiectũ auditus.ſ. ſonus eſt nimis fortis aufert multociẽs auditũ iuxta illud.2. de anima. Excellẽtia ſenſibilẽ corrũpit ſenſũ. Secũdo pp alicuiꝰ humoris ipediẽtẽ opilationẽ in auribꝰ: q replet neruos auditiuos ⁊ cauitates auriũ: ita ꝙ non põt fieri cõiunctio ſenſibilis cũ ſenſu ⁊ tũc hõ non audit. Tertio pp alicuius vẽtoſitatis icluſionem que pruritum facit ⁊ ſic impedit̃ auditus. ¶ Sic proportionalr̃ hõ ſpũalr̃ efficitur ſurdus vt nõ audiat verba diuina. Primo pp peccatũ infidelitatis. Naꝫ infidelis qñ aliqua ſibi dicũtur q̃ vident̃ ſenſum trãſcendere: ſicut ſunt multa pertinentia ad articulos fidei quaſi obedientia ſibi improportionata nõ vult ipſa per credulitatẽ audire: ſꝫ magis ipſa deſpicit de qbus p̃s. Nõ crediderũt verbo eius ⁊ murmurauerũt in tabernaculis ſuis non exaudierunt vocẽ dñi. ¶ Non aduertunt tamẽ tales qualiter a dño puniant̃: qꝛ omnes priuãtur regno celoꝝ. Qđ fuit figuratuꝫ numeri.20. vbi dr̃ ꝙ pp peccm̃ incredulitatis dixit dñs ad Moy. de Aaron fratre ſuo. pgit Aaron ad pplos ſuos: nõ eni intrabit terrã q̃ꝫ dedit filijs iſrael eo ꝙ incredulus fuerit ori meo ad aquas cõtradictiõis. ¶ Ubi ſciendũ ꝙ p terraꝫ q̃ꝫ ꝓmiſerat deꝰ filijs iſrael: itelligit̃ celeſtis patria: q̃ꝫ deꝰ ꝓmiſit oĩbus fidelibus qui dum viuũt credũt in ipſum: vt poſtmodũ in celeſti patria ipſum clarius cõtemplentur. tamen inſtar Aarõ increduli: omnes infideles: ipſa priuabũtur. ¶ Secũdo homo efficitur ſurdus pp peccatũ luxurie. Naꝫ hõ vt beſtia deditus carnis delitijs: inſtar humoris fluxibilis: mõita dei ⁊ ſcẽ matris eccleſie: audire contẽnit. de qbus p̃s. Furor ill' ſicut ſimilitudinẽ ſerpentis ⁊ ſicut aſpidis ſurde ⁊ obturantis aures ſuas. ¶ Non tñ aduertunt iſti cominationem eis factã per Amos prophetam. di. Amos.1. Diſperdã habitatorẽ de campo ydoli ⁊ tenentẽ ſceptrũ de domo voluptatis. ¶ Tertio efficit̃ ſurdus pp peccatuꝫ vanaglorie. Nam curioſus plenus vento vanitatis non querit audire niſi aliqua placibilia. ꝙ preuidens apoſtolus dicit.2. Thi.4. Erit enim tempus cum ſanam doctrinam non ſuſtinebunt: ſed ad ſua deſideria coacernabunt ſibi magiſtros prurientes auribus ⁊ a veritate qđ auditũ auertent ad fabulas autẽ conuertent̃. Unde

de falſbꝰ. 4.Re.17 .Secuti ſunt vanitates
⁊ vane egerũt .¶ Sciendũ eſt ẽt ꝙ tribꝰ
decanis efficit hõ mutus. ¶ Primo pp
aliquẽ humorẽ liquidũ linguã relaxantẽ:
qꝛ tunc nervꝰ lingue mollis efficitur ⁊ ſer
me debitus non formatur. Secũdo ꝓpter
aliquẽ humorẽ ſiccum ⁊ calidum linguam
retrahentem. Tertio ꝓpter aliquẽ tume
factionẽ linguã ingroſſantẽ. ¶ Sic ꝓpor
tionaliter hõ ſpiritualiter efficitur mutꝰ
primo pp peccatuꝫ pigritantis ignavie.
Nam piger inſtar humoris frigidi nõ ſo
lum efficitur ĩbecillis ad bene operanduꝫ
ſed ẽt ad deũ oretenꝰ colaudandũ. ¶ Nõ
aduertit aũt diſpendiũ ſibi futurũ de quo
dr̃ Prouer.20. Propter frigꝰ piger ara
re noluit: mẽdicabit eſtate ⁊ nõ dabit ei.
eſtate.i.poſt mortẽ. ¶ Secundo hõ effici
tur mutus pp peccatũ iracondie. Nã ira
condus inſtar humoris ſicci ⁊ calidi: in ſe
ipſo conſumit ⁊ mortificat iudiciũ rõnis
tam ad bene cogitandũ: ꝗꝫ ad bene loquẽ
dũ. Ut de ipſo dici poſſit illud eccleſiaſti
ci.46. In iracondia illius impeditus eſt
ſol.i.intellectus. ¶ Unde tales poſſunt
figurari per canes mutos de qbus dicit
Iſa.56. Uniuerſi canes mutiũ valẽtes la
trare. Nam p canes intelligũtur iracõdi.
qui non valent latrare qꝛ ꝓpter iracõdiã
⁊ in mente ⁊ in facondia pturbantur. Nõ
aduertit tñ illud eccleſiaſti.1.1. Iracõdia
enim animoſitatis ſubuerſio illius eſt.
¶ Tertio hõ efficitur mutus ꝓpter pec
catum auaritie. Nam auarus qñ recipit
aliqua dona que ipm replent inſtar lin
gue tumefacte os implẽtis: efficitur mu
tus. quia peruerit iudiciũ propter dona
⁊ non loquitur iuſte. de talibus Ezech.22.
Principes eius in medio illiꝰ quaſi lupi
rapientes predam ad effundendum ſan
guinem ⁊ ad ꝑdendas animas ⁊ auare
ſectando. Unde de talibus Iere.22. Hec
dicit dominus ſepultura aſini ſepelietur

putrefactus ⁊ proiectus extra portas Ie
ruſalem. Nam re vera omnis auarus in
iuſtus ⁊ impiꝰ qñ moritur ſpoliatur bo
nis que acquiſiuit iniuſte: inſtar aſini qui
poſt mortẽ decoriatur: ⁊ ſicut aſinus deco
riatus proicitur ad foſſata vt devoretur a
beſtijs: ſic auarus expoliatus diuitijs tra
ditur infernalibꝰ penis: a demonibꝰ cru
ciandus ⁊ ideo extra portas ciuitatis ſup
ne Ieruſalẽ dr̃ vt putrefactus ꝓici. ⁊ iõ
Deutero.27. Maledictus homo qui acci
pit munera vt percutiat animam ſangui
nis inocentis. ¶ Homines ſic auari ⁊ in
iuſti non deberent alijs preeſſe nec in do
minio nec in iudicio ſed deberent eſſe ta
les: quales deſcripſit yetro cognatus
Moy. exo.18. Ubi dixit Moy. Prouide
de omniplebe viros potentes ⁊ timẽtes
deum: ⁊ quſlibet ſit veritas ⁊ qui oderit
auaritiam: ⁊ conſtitue ex eis tribunos ⁊
centuriones: ⁊ quinquagenarios ⁊ decu
nos. ¶ Et tales poſſunt figurari p Dañ.
prophetam de quo ſententialiter dicitur
Dañ.5. ꝙ cum rex Balchaſar promitte
ret ſibi multa munera ſi ſcripturaꝫ ꝗꝫ vi
derat ſciret legere ⁊ ipſam exponere.
Reſpondit Dañ. munera tua ſint tibi:
dona domus tue alteri da. ſcripturam au
tem legam tibi rex: ⁊ interpretationeꝫ eiꝰ
oſtendam tibi. Ita re vera quilibet prin
ceps ⁊ iudex debet tenere iuſtitiã ⁊ veri
tatem annũciare ⁊ defendere: nec debet
munera querere: ſed etiã oblata non reci
pere ſed potius talem abuſionẽ peſtiferã
deteſtari. tamen licet ſic eſſe deberet inue
nitur oppoſitum: quia iuxta illud Ie.6.
A minore vſqꝫ ad maiorem: omnes aua
ritie ſtudent. ⁊ a propheta vſqꝫ ad ſacer
dotem cuncti faciunt dolum. ¶ Uiden
tes autem ſic patres veteris teſtamenti
genus humanum ſurdum ad deum au
diendum ⁊ ſic mutum ad ipſum laudan
dum: totis precordijs adducebant ipſuꝫ



ad deum poſtulantes miſericordiam vt
manum ſuam imponeret.i. vt filium ſuuꝫ
in mundum mitteret: propter quem poſ
ſet genus humanum curari. Unde ꝓs.
Emitte manum tuam de alto: eripe me ⁊
libera me de aquis multis ⁊ de manu fi
liorum alienorum. ¶ Intelligendo au
tem per ſurdum ⁊ mutum quẽlibet etiaꝫ
peccatorem etiam dicere poſſumus ꝙ
talis ſi debꝫ curari debꝫ adduci ad Chri
ſtum vt manum ſibi imponat.i. conferat
ſibi gratiam per quã ⁊ auditum recipiat
⁊ loquellam. Adducentes autem ſunt ſan
cti ⁊ iuſti qui pro peccatoribus vt conuer
tantur: ⁊ vt eis auditum reſtituat vt obe
diant: ⁊ loquellam vt laudent deum: aſ
ſidue deprecantur. ¶ Iſti etiam preſen
tantes peccatorem ad xp̄m poſſunt intel
ligi in ipſomet peccatore timor pene affli
gentis: ⁊ amor glorie quietantis. Nã pec
cator quando ad conſcientiã ſuam reuerti
tur: ⁊ inuenit ſe multis peccatis infirmũ:
⁊ cõſiderat ꝙ ſecundum iuſticiam debet
puniri: debet timere. d. illud abac.3. Do
mine audiui auditionem tuam ⁊ timui.
Quando etiam cõſiderat ꝙ propter pec
catum amiſit gloriam paradiſi: propter
ꝗꝫ principaliter fuit creatus: ⁊ ꝙ ſi vult
reuerti recuperabit: iam perditam: debet
ex amore illius glorie peccata dimittere:
⁊ ſic ad Chriſtum portari. d. illud ꝓs. Do
mine dilexi decorem domus tue ⁊ locum
habitationis glorie tue. Unde apoſtolus
hebreos.4. Adeamus ergo cum fiducia
ad thronuꝫ glorie eius vt miſericordiam
conſequamur ⁊ gratiam inueniamus in
auxilio oportuno. ¶ Sic autem peccator
penitens: timore ⁊ amore ductus ad xp̄ꝫ:
debet impoſitionem manus ſue petere.i.
ſuam gratiam. Quia recepta debet ipſam
ab ipſo cognoſcere. d. cum ꝓs. Extendiſti
manum tuam ⁊ ſaluum me fecit dextera

tua. ¶ Iſta autem preſentatio peccato
ris ad Chriſtum fuit figurata leuit.13.
vbi ſententialiter dicitur ꝙ homo in cuiꝰ
carne ⁊ cute ortus fuerit diuerſus dolor.
ſiue poſtula. plaga vel lepra: adducetur
ad Aaron ſacerdotem: vel vnumquẽqꝫ fi
liorum eius: ⁊ cognito ab ipſis ꝙ eſt le
pra: debebat ad eorum arbitrium ſepa
rari. ¶ Ubi ſciendum quod per illum ho
minem in cuius cute oritur plaga lepre:
intelligitur quilibꝫ peccator: quia ſicut le
pra inficit corpus ſic peccatum inficit ani
mam. Hec autem lepra aliquando in car
ne dicitur eſſe: quando peccatum homi
nis eſt ocultum: aliquando in cute quan
do peccatum eſt publicuꝫ. ¶ Per Aarõ
auteꝫ licet principaliter intelligatur chri
ſtus: tamen miniſterialiter intelliguntur
prelati maiores: vt epiſcopi: ⁊ per filios
Aaron: prelati inferiores vt certi ſacer
dotes: quibus de iure vel per priuilegia
cura committitur animarum. ¶ Pecca
tor igitur priuatus vel publicus debet ad
⁊ aliquem predictorum accedere ⁊ ſibi ſu
am lepram.i. peccatum per integram con
feſſionem oſtendere: ⁊ ſecundum quanti
tatem ⁊ qualitatem delicti debet ſibi iniũ
gi penitentia.

## Tertia pars.

Equitur. Et apprehendens
eum de turba ⁊c. Ubi tan
git curationis virtuoſitateꝫ
inſuperabilem: quod pro
bat vigoroſus effectus.
Ubi ſciendum quod ſicut in operatõibus
mundanis ad earum complementuꝫ tria
requiruntur.ſ.
Operandi modus.
Exequẽdi actus.
Operatõis fructus.

¶ Sic etiam in operatōibus xpi: iſta. 3a poſſum⁹ intueri. Et ſecundū h. hic. 3a poſſumus conſiderare quantū ad huius infirmi curationem. ſ.
Modō informatiuū ⁊ ꝯtéplabilem.
Actum impatiuū ⁊ admirabilé.
Fructū reſtauratiuū ⁊ placibilem.
¶ Quantū ad primū dić. Et apprehédés eum ⁊c. Ubi. 5. poſſumus cōſiderare. ſ.
Infirmi ſeparatiōem.
Auricle palpatiōem.
Sputi linitionem.
Oculi leuationem.
Animi imutatiōem.
¶ Quantū ad infirmū ſeparatiōem dić. Et apprehédens ⁊c. Ubi ſciédū ſecunduꝫ Criſo. ꝙ xpus qñ ſanare voluit i^m infirmū ſegregauit eum de turba: vt p hoc nobis intelligere ꝙ in actibus nr̄is nō debem⁹ querere gloriam hoium q̄ vana eſt: ſed ſolum diuiná laud. iuxta ꝙ ipe dicit Mat. 5. Attédite ne iuſticiá vr̄am faciatis corá hoibus vt videamini ab eis. ¶ Quantū ad auricle palpatōem dicit. miſit digitos ſuos in au. eius. Ubi ſciendū ſcōm Criſo. ꝙ licet xpus ſolo verbo potuiſſꝫ ſanare i^m voluit tñ ipſum tangere digitis vt oſtenderet virtuteꝫ diuinitatis vnitá eſſe húane nature q̄ꝫ ſumpſerat. ¶ Q.m ad ſputi linitiōem dicit ⁊ expuēs tetigit linguam eius. Ubi ſciendū ſcōm Tho. ꝙ xpus linitione ſaliue que qdem ſupfluitas eſt i homine ſanare voluit linguá muti: vt p h detur nob intelligi ꝙ nihil erat in xpo ſupfluū vanum nec noxiū: ſed oia virtuoſa. ¶ Quantū ad oculi elleuatiōem dicit. ⁊ ſuſcipiens in celū. Ubi Bed. Suſpexit qdem in celū vt inde mutis loquellá: inde auditum ſurdis inde cūctis infirmātibus medellam doceret eſſe querédaꝫ. ¶ Quátū ad animi immutatōeꝫ dicit ingemuit. Ubi Bed. Ingemuit aūt non qꝛ ipi opus eſſet aliquid cū gemitu petere a pr̄e: cum cuncta cū patre donet hoibus: ſed vt nob gemédi daret ex^m: cum nihil pro nr̄is vl pro noſtrorū erroribus primorum ſupne pietatis: pſidia inuocamus. ¶ Uel ideo ſecundū Criſo. xpus ingemuit vt compaſſionem oſtenderet nr̄e miſerie in q̄ꝫ deuenimus p peccatum. ¶ Quantū ad 2m. ſ. actum imperatiuū ⁊ mirabilé dicit. Et ait effeta ꝙ é ad aperire. Ubi ſciendū ꝙ xpus ſic impatiue dicit effeta: vt oſtenderet ſuá potentiá inſupabilem. Uñ Luć. 4. Stupebant át omnes in doctrina ei⁹ qꝛ in ptáte erat ſermo ipſi⁹. ¶ Quantū ad 3m. ſ. fructum reſtauratiuū dicit ⁊ cōplacibileꝫ dić ⁊ ſtatim aperte ⁊c. Ubi duo tangit. ſ.
Auditus reſtitutiōem.
Affatus repationem.
Equit. Querite ergo primũ regnũ dei ⁊c. Ubi tangit ſaluifice cõcluſionis illationem ꝑ ꝙ xp̃s nos induc̃ ad amorem eternorꝫ: ꝙ probat exceſſiua promiſſio. Ubi ſciendum ꝙ xp̃s ſciens ꝙ homines nõ poſſunt in h̃ mũdo viuere ſine rebus tẽporalibus neceſſarijs ad vitam humanã. lꝫ creati ſint principaliter ꝓpter regnum eternũ. ſic bonus magiſter ⁊ pr̃ eos inſtruit quid ſit querẽdũ principal'r: quia regnũ dĩ: ad cui9 ingſitionẽ ſequit poſtmod̃ coll'o terrenorꝫ. ¶ Secundũ h̃ igit in pte iſta duo poſſum9 conſiderare. ſ. Hoĩs ſedulitatẽ vtilia inueſtigantẽ. Dei liberalitatẽ neceſſaria largiẽtem ibi. Et h̃ oĩa addicient vob̃. ¶ Quãtũ ad primũ dicit. Querite ergo ⁊c. Ubi ſciẽdũ ꝙ quãdo homo intẽdit aliquẽ finẽ ad quem nõ venit niſi ꝑ medium: lꝫ finis ſit prior in intentõe: tamẽ mediũ finẽ via



oportet ꝙ ſit ṗus in executiõe. Quia igit regnũ celorꝫ eſt finis hois: opera ãt bona ſunt via ꝑueniendi ad ipm̃. Idcirco xp̃s nõ ſolum oñdit qd vt finem debeam9 inquirere. ſed ẽt viam ⁊ mediũ veniẽdi ad finẽ: q̃ quidẽ via ẽ iuſticia: ꝑ q̃ꝫ: tanq̃ꝫ ꝑ generalem virtutẽ intelligunt oĩa opera virtuoſa. ¶ Sciendũ eſt ãt qñ dicit primum querite regnũ dei: ꝙ iſtd̃ primũ: ſignificat principalitatẽ:⁊ ideo nõ excludit oẽꝫ aliã inquiſitiõem neceſſariorꝫ. Ubi ſciendũ ꝙ homo nõ põt viuere ſine neceſſarijs:⁊ iõ qrere neceſſaria modo debito nõ eſt ꝓhibitum. tñ ſcd̃m Augu. de ſermone dñi in monte. Iſta ꝓp ſe queri nõ debẽt: ita ꝙ ipſa ſit finis ſed debẽt queri ꝓp aliũ finẽ. vt ꝓp regnum celorũ: ita ꝙ regnum celorum ſit ſemꝑ prius in intentõe:⁊ ꝓp ipm̃ alia querant lꝫ alia priora ſint in executõe q: pri9 homo indiget neceſſarijs in h̃ mũdo viuẽdo anteq̃ꝫ habeat regnũ celorũ. ¶ Q^m ad dei liberalitatẽ neceſſaria largientẽ dic̃. Et h̃ oĩa addicient vob̃. Ubi ſciendum ꝙ ꝓp inobedientiã ⁊ pcc̃m priorum ꝑentum: terra fuit facta ſteril'. iuxta illud ꝙ ds dixit ade. geñ. i. Quia audiſti inqt vocem vxoris tue:⁊ comediſti de ligno ex quo ꝑceperã tibi ne comederes: maledicta terra in oꝑe tuo. cũ operatus fueris eam: tunc nõ dabit fructũ ſuũ. Sꝫ ꝓp obedientiã ⁊ bona oꝑa efficit fructuoſa. iuxta ꝙ dixit Moy. ꝓpl'o dutero. 28. Si audieris vocem dñi dei tui vt facias ⁊ cuſtodias omnia eius mãdata que ego precipio tibi hodie habũdare te faciet dominus in oibus bonis. ¶ Qui ergo vl't vt nõ deficiãt ſibi neceſſaria: querat iuſticiam ⁊ faciat opera virtuoſa: q: iuxta illd̃ ps. Iunior fui ⁊ enim ſenui ⁊ nõ vidi iuſtum derelictũ: nec ſemen eius querẽs panem. ¶ Sciendũ eſt igitur ꝙ ſignãter dicitur addicient:⁊ nõ dabunt: ad deſignãd̃ ꝙ aliud eſt ꝙ principal'r datur. ſ. regnum celorꝫ. aliud eſt ꝙ ſupadditur. ſ. res tẽporales. Sciendũ eſt aũt circa ptem iſtã in qua ſit mẽtio de regno ꝙ ẽ querẽdum: ꝙ quantũ ad pñs ſpectat duplex ẽ regnũ ſ. mũdanũ ⁊ celeſte. Regnũ mundanũ nõ eſt querẽdum. q: non ẽ ſtabile ſed trãſitorium. iuxta illud eccli. 10. Regnũ a gente in gentẽ trãſfertur ꝓp iniuſtitias ⁊ iniurias ⁊ contumelias:⁊ diuerſos dolos. ¶ Regnũ vo celeſte ẽ querend̃: q: firmũ ⁊ ſtabile. q: iſtud ẽ regnũ dĩ: de quo dicit dañ. 4. Poteſtas ei9 ptãs ſempiterna ⁊ ptãs in generatõe ⁊ generatõem. Propt ꝙ dicebat ps. Regnũ tuũ regnum oium ſeculorũ:⁊ dominatio tua in omni generatione ⁊ generatõem. ¶ Qual'r aũt iſtud regnũ debeat petere:⁊ qd i ipo velle hr̃e. fuit nob̃ figuratũ Mat. 2. Ubi ſnial'r dr̃ ꝙ mr̃ filiorũ zebedei cũ filijs ſuis acceſſit ad xp̃m orãs ⁊ petẽs aliqd ab eo q̃ꝫ petitionem extraxit. d. Dic vt ſedeãt duo filij mei: vn9 ad dextrã tuã ⁊ alius ad ſiniſtrã tuã i regno tuo. ¶ Ubi ſciendũ ꝙ ꝑ iſtã mr̃ẽ filiorꝫ zebedei: itelligi põt qlibꝫ fidel'. Per duos ãt filios intelligi poſſunt due ptes ꝑncipales q̃ ſt in hoie. ſ. corp9:⁊ aĩa. Per dextrã aũt xp̃i: itelli põt diuinitas. ⁊ ꝑ ſiniſtrã humãitas: q: ſic ps dextera ẽ dignior ſiniſtra: ita diuinitas i infinitũ excedit hũanitatẽ. ¶ Dꝫ igit hõ inſtar mulieris reuerẽter petere ꝙ vn9 filiorꝫ. ſ. aĩa: ſit a dextris cõtẽplando diuinitatẽ alius i. corpus ſit a ſiniſtris cognoſcẽdo hũanitatem in regno ſuo. i. in gl'a ꝑadiſi. ¶ Sꝫ tñ aduerte ꝙ xp̃s rñdit petẽtibus. neſcitꝭ inqt quid petatis: poteſtis bibere calicẽ quẽ ego bibitur9 ſũ. q. d. Si ad regnũ meum vl'tis aſcẽdere ⁊ effici illi9 pricipes: oꝫ nos ad ipꝫ ꝓuenire: nõ cũ carnalib9 ⁊ mũdanis delitijs: ſꝫ ꝑ paſſiones: afflictões:⁊ tribulatões: auſteritatẽ:⁊ penitentiã: q̃ nomine calicis deſignant. iuxta illd̃ apoſtoli. act. 4. Quoniã per multas tribulationes oportet nos intrare regnum dei. Ad quod ⁊c.

¶ Dñica.xv.poſt peñt.Eua.lvi.

Ibat yhs i ciuitaté q̃ vocatur naym ⁊c.Luc.7°.Cõdictio hoĩs benigni ⁊ pij eſt vt qñ videt aliqué afflictũ ⁊ tribulatũ non ſolũ ſibi cõpareat cordial'r:ſed ẽt ſi põt ſubueniat in operibꝰ ſuam miſeriaʒ ſubleuãdo.Vñ ad iſtam pietatem admonet apl's diſcipuluʒ ſuũ tymoteũ.i.ty.4.Exerce inq̃t te ipſuʒ ad pietatem.Nã corporal' exercitatio ad modicũ eſt vtl'is:pietas aũt ad oĩa vtl'is eſt:pmiſſionem hñs vite q̃ nunc é futur.

¶ Eſt aũt ratiõale ⁊ cõueniens vt hõ qñ recip̃ aliquod beneficiũ de quo gaudet:cõferenti regratieť:ne poſſit ſceleris vt ingratus rep̃hendi.vt ſic poſſit dici de ip̃o illud Iſ.51.Gaudiũ ⁊ leticia inuenieť in ea ⁊ gratiaꝝ actio ⁊ vox laudis. ¶ Xp̃s igiť benignꝰ pr̃ ⁊ pius:videns humanũ genꝰ poſitũ in afflictõibus peccatoꝝ:ipiꝰ miſereť cõpatiens:⁊ auxiliũ preſtans:iuxta illud 2°.pal'.3°.Pius enim ⁊ clemẽs eſt dñs ds nr̃ ⁊ nõ auertet faciẽ ſuã a nobĩs ſi reuerſi fueritis ad eũ.Quia vero genꝰ humanũ recipiens beneficiũ:ad actiones gratiaꝝ mlt'pliciter obligať. Idcirco dʒ ipſuʒ benedicere ⁊ laudare.exẽplo illius ſamaritãi leproſi a xp̃o mũdati.de quo dicitur Luc.17.Unus aũt ex eis ⁊c.Et h̃ eſt ꝙ nob̃ inuitur in euãgelio hodierno.In quo beatus Luc.5.tangit.videlʒ.

Bonitaté aſſiſtenté propinquus.
Calamitaté affligenté amarius.
Pietaté inclinãtem benignꝰ.
Ptãtem operãtem celerius.
Cellebritaté extollẽtem iocũdius.

¶ Primũ probat xp̃i preſentia corporalis.Secundũ pueri carentia animal'.Tertium dei clemẽtia fraternal'.Quartuʒ di efficatia virtualis.Quintũ popl'i leticia generalis.¶ Primũ in princi.Secundũ ibi.Cum aũt appropinquaret ⁊c.Tertiuʒ ibi.Quã cum vidiſſʒ ⁊c.Quartũ ibi.Et acceſſit ⁊c.Quintũ ibi.Accepit autem oẽs timor ⁊c.

Prima pars.introductio.

Quantũ ad primũ.Ubi tãgit ⁊c.dicit. Ibat yhs in ciuitateʒ ⁊c.Ubi ſciendũ ꝙ xp̃s:qñ corporaliter erat in mũdo mlt'a faciebat miracula:⁊ i via veritatis:hoĩes inſtruebat:⁊ iõ multitudo populi ip̃m ſequebať.¶ Vñ i hac pte duo poſſumꝰ ꝯſiderare.ſ.

Xp̃i ſedulitaté in viſitãdo.
Populi ſocietaté in cõmitando.

¶ Quãtũ ad primũ dicit.Ibat yhs i ciuitatem ⁊c.Ubi ſciendũ ꝙ yſaias ſpũ ꝓphico cognoſcẽs calamitateʒ hũani generis eſſe in tenebris peccatoꝝ:ipſum cõfortabat p̃dicens aduentũ xp̃i Iſ.19.d.Populus q̃ habitabat in tenebris vidit luceʒ magnã habitãtibus i regiõe vmbre mortis: lux orta eſt eis.Que q̃dem ꝓphia tũc fuit cõpleta qñ xp̃s venit in munduʒ ⁊ p̃dicauit in partibus gallilee de qua regione erat Naym: ſ̃o miliario montis tabor ad q̃ʒ hic xp̃s dr̃ iuiſſe.¶ Quantũ ad ſecundũ ſ.ppl'i ſocietateʒ dicit.Et ibant cũ eo diſcipuli eius ⁊c.Ubi ſciendum ꝙ inter iſtos qui xp̃m cõmittabanť:aliq̃ erãt familiariores ſic diſcipuli: aliqui minus familiares ⁊ non ita perfecti:ſic turba.Uadens igitur xp̃s in ciuitatem Naym ſecunduʒ Bedam ibat cum eo cõmitiua vt quia facturus erat miraculum reſuſcitãdo mortuũ:ſequens multitudo teſtimoniũ perhiberet.¶ Sciendum eſt autem loquendo ſpiritual'r ꝙ per ciuitatem Naym que interpretať motus ſiue cõmotio: intelligiť iſte mundus:i quo inſtar ciuitatis que dicitur ciuiuʒ vnitas deberet eſſe pax exterior:⁊ cõcordia animoꝝ:tamen i ipſo ſunt cõmotiones ⁊ motus per diuerſas diſcenſiones ⁊ guerras ⁊ multitudinẽ vicioꝝ. Cuius ciuitatis cõdictiões deſcribit ps. d.Uidi iniquitaté ⁊ cõtradictionem in ciuitate:die ac nocte circõdabat eam ſuper



muros eiꝰ iniquitas: ⁊ labor i medio eiꝰ ⁊ iniuſticia:⁊ nõ defec̃ d̃ plateis eius vſura ⁊ dolus.Ubi conſidera.6.Malas condictiones.ſ.

Malignitateʒ i odiendo.
Animoſitaté in perſequẽdo.
Anxietatem i viuendo.
Peruerſitaté i detinendo.
Rapacitaté in vſurpando.
Infidelitatem i decipiendo.

¶ Primo dico ꝙ i iſto mundo cõſiderare potes malignitaté i odiendo ⁊ h̃ notatur ſub noie iniquitatꝭ.Nam hoĩes iniqui ſemp bonos odiũt:⁊ eis inimicanť.iuxta ꝙ figuratiue dr̃ geñ.37.de fratribus Ioſeph ꝙ vidẽtes fratres eius:ꝙ a pr̃e pre cũctis amareť:oderant eũ nec poterãt q̃c q̃ʒ ei pacifice loq.Nam ſcðm Criſo.zelãt manſuetũ inuidi modeſtũ ſupbi.probum i probi:miteʒ tumidi inimica emulatõe lacelcũt.de iſtis dr̃ Iſ.59.Opus iniquitatꝭ in manibꝰ eoꝝ pedes eorũ ad malum currunt ⁊ feſtinãt vt effundant ſanguinem innocentem.nõ aduertẽtes cominationem eis factã a dño Iſ.1.d.Ue gẽti peccatrici populo graui iniq̃tate:ſemini neq̃ʒ. filijs ſceleratis. Nã iuxta illud ps. oẽs tales: ſubito defecerũt: perierunt ꝓpter iniquitatem ſuã. ¶ 2° cõſidera aĩoſitatem i perſequẽdo.Et h̃ notatur i noĩe ꝯtradictõis.Naʒ ſcðm Aug.In ſcripturis diuinis fratres kariſſimi:bonos ⁊ iuſtos viros: pſecutõem malorũ ſemp ſuſtinuiſſe cognoſcimus.¶ 3° cõſidera anxietatem i uiuẽdo.Et h̃ notatur i noĩe laboris.Nam hoĩes i h̃ mundo viuentes i diuerſis anxietatibꝰ magis deberẽt eligere trãſire ad eternã regem:q̃ʒ i h̃ mundo cum tantis aduerſitatibus anxie icitare. exẽplo apoſtoli.d.phi.1.Cupio diſſolui ⁊ eſſe cuʒ xp̃o.pp ꝙ dicebat ille ſanctus tobias.tob.3.Dñe ſecundum voluntaté tuã fac mecũ miaʒ ⁊ p̃cipe in pace recipi ſpiritũ meum:expedit eni mihi mori magis q̃ʒ viuere.¶ 4° cõſidera peruerſitatem i detinẽdo.Et h̃ notať in noĩe iniuſticie.Nã cũ virtꝰ iuſticie ſit i reddẽdo vnicuiq̃ʒ ꝙ ſuũ é.ſ.do reuerẽtiã: ꝓximo bẽiuolẽtiã :⁊ ſibi inocẽtiã:mlti ſunt iſta detinẽtes.Nam ⁊ dñ contẽnunt:ꝓximũ odiunt:a ſe ipſos poluũt.de q̃bus cõminãdo dic̃ apoſtolus.Ro.i.Reuelabať enim ira dei d̃ celo ſuper oẽm inſipienteʒ ⁊ iniuſticiã hoĩum eorum q veritatem di ⁊ iuſticiã detinẽt.¶ Quinto potes ꝯſiderare rapacitaté in vſurpãdo.Et h̃ notať i noĩe vſur.Naʒ hoĩes auari ⁊ vſurarij oĩa q̃ poſſunt rapiũt ⁊ vſurpãt vt ſic figurari poſſint p filios iſrl' d̃ q̃bꝰ dixit dñs Ioſ.7°.Filij aũt iſrl' p̃uaricati ſunt mandatũ ⁊ vſurpauerũt de anathemate.De quolibʒ tali loquiť dñs eze.22.Uſurã inquit ⁊ ſup̃habundantiã accepiſti ⁊ auare ſup̃ proximos tuos calũniabaris.Cum tñ p̃ceptuʒ ſit deutero.23.Non fenerabis fratri tuo ad vſuram pecuniã nec fruges: nec aliq̃ʒ aliam rem.¶ Sexto potes ꝯſiderare infidelitatem i decipiendo:⁊ h̃ notatur i noĩe doli.Nam hoĩes infideles ⁊ doloſi ſemper conanť alios decip̃e ſub verb̃ palleatis portantes veneņuʒ deceptionis.de q̃bus prouer.ij.Simulator ore decip̃ amĩcum ſuũ.Unde Ie.6.A propheta vſq̃ʒ ad ſacerdotem:omnes faciunt dolum.Nam tam illi qui debent alios inſtruere ſignificati per prophetas:quaʒ qui debent ſuo bono exemplo alios dirigere ſignificati per ſacerdotes:omnes deceptiões inquirunt.¶ Unde tales poſſunt figurari per Ioab:de quo ſententialiter dicitur.2.Re.3.ꝙ Ioab abduxit abner ad medium porte vt loqueretur ei in dolo ⁊ percuſſit euʒ ibi in ⁊ mortuus eſt. Sic re vera multi ſunt proditores qui ſemper malum proximi ſui machinantur. ¶ Iſte ſex male condictiones poſſunt figurari per illos ſex viros quos vidit Ezechiel.Ezechielis.9.Ubi ſentialiter dicitur ꝙ vidit.6.viros quoꝝ q̃libet habebat

interitus in manu ſua q miſſi erant vt in
terficerent habitatores ciuitatis.ierᵐ ſu
p quos thau ñ inueniret impſſū.¶ Ubi
ſciendū ꝙ p iſtam ciuitatē ierᵐ intelligi
pōt totus mundus in quo deberet eſſe
pax ꝛ cōcordia:tñ in eo nec pax nec ꝯcor
dia reperit̄.Ut ſic merito dicere poſſimꝰ
illud Je.14.Expectauimꝰ pacem ꝛ nō eſt
bonū tempus curatiōis ꝛ ecce turbatio.
¶ Per iſtos āt.6.viros itelligi poſſunt
6.maledictōes q̄ in mūdo ſunt:que ſignā
ter dicunt̄ hr̄e in manibꝰ vaſa interitus:
q2 ipſe ſpiritualr̄ interficiūt hoies.Nam
iuxta illud apoſtoli.ro.1. Qui talia agūt
digni ſunt morte.¶ Sȝ tñ aduerte quos
interficiūt:quia nō habentes ſignū thau.
Ubi ſciendū ꝙ p thau.ꝙ hȝ figuram triā
gularem:intelligi pōt vera penitētia que
hȝ tres ptes.ſ.cōtritionem cōfeſſionē ꝛ
ſatiſfactōem.Qui igit̄ ſunt in vera pnia
a ſupradictis vitijs nō ledunt̄.qui aūt nō
ab ipſis interficiunt̄. ¶ Sciendū eſt aūt
ꝙ hō virtuoſus:iſtā ciuitatem.i.mūdum
cū ſuis vitijs habitare nō dȝ:ſed fortiter
expugnare:ꝛ ipſaȝ funditus extirpare.vt
ſic de ipſa dicat̄ illō Jſ.24.Attrita ē ciui
tas vanitatis.Nā iſte mūdus ciuitas va
nitatis pōt dici:q2 ibi totuȝ ē vanū.iuxta
illud eccli.1.Uidi cuncta que fiunt ſub ſo
le:ꝛ ecce vniuerſa vanitas ꝛ afflictio ſpūs.
q̄ tunc attrita dr̄ :qñ deſpicit̄ cū ſuis vi
tijs:ꝙ qlibet virtoſus dȝ facere . ¶ Hoc
āt fuit nob̄ figuratū Joſ.6.Ubi ſnialr̄ dr̄
ꝙ cū ciuitas ierico eſſet rebellꝰ Joſ.ꝛ po
p̄lo iſrlitico ꝙ dn̄s dixit ſibi ꝙ iret ad ex
pugnādum ciuitatem.Modus aūt expu
gnādi fuit ꝙ ſacerdotes hēbant.7.bucci
nas ꝛ.7.vicibꝰ circuiert̄ ciuitatē:ꝛ rubis
clangere:ꝛ in 7ᵒ pplꝰs vociferet̄:ꝛ ſic mu
ri corruerēt:ꝙ ꝛ factum eſt.de qua dixit
Joſ.Sit ciuitas h̄ anathma:ꝛ oīa q̄ in ea
ſunt dn̄o ꝛ maledictꝰ videt̄ qui ſuſcitaue
rit ꝛ hedificauerit ciuitatē ierico.¶ Ubi
ſciendum ꝙ p Joſ.ꝛ pplm iſrliticū intel

ligitur totum genus humanū : ꝛ ſpāliter
pplꝰs xp̄ianus qui dȝ deum in p̄ſenti vide
re per fidē p ciuitatem āt ierico q̄ interpre
tatur luna intellr̄ mundus q inſtar lune
ſemp eſt mutabil:ꝛ p conſequēs defectus
ſus . Un̄.1.cor.7.Preterijt figura huius
mundi . ¶ Jſta ciuitas.i.mundus dr̄ re
bellꝰ Joſ.1.xᵒ dum ad cōtraria q̄ vlt xp̄s
inclinat ꝛ pplo iſrlitico q2 dn̄s aliq̄li pla
cibilitate hoibus huius mūdi eos alic̄.vt
ipm ſequant̄.dn̄tes tales.illud ſapᶜ.2.Ue
nite ꝛ fruamur bonis q̄ ſt ꝛ vtamur crea
tura:tanq̄ȝ in iuuētute celleriter ꝛ vino p̄
tioſo ꝛ vnguētis nos ipleamus:ꝛ nō pte
reat nos flos tēporis:coronemus nos ro
ſis añ q̄ȝ marceſcāt.Et ſic verificat̄ illud
Jo.5.Mundus totus in maligno poſitꝰ
eſt.¶ Sed lȝ ſic mundus alliciat:tñ ipm
debemꝰ expugnare.Un̄ ro.12.Nolite con
formari huic ſclꝰo ſed renouamini i nouita
te ſenſus vr̄i vt probetis q̄ ſit volūtas dī
bona beneplacēs ꝛ pfecta.ꝛ tūc.ſ.1.cor.7ᵒ
vtunt̄ h̄ mūdo tanq̄ȝ nō vtant̄ . ¶ Quis
aūt ſit modus pugnādi:audi qd dr̄ . Naȝ
ſacerdotes debāt hr̄e buccinas ꝛ ſepties
circuire : ꝛ pplꝰs ſeptima vice vociferari.
Ubi ſciendū ꝙ p.7.buccinas intelligunt̄
7.virtutes.ſ.prudētia.temperātia:fortitu
do ꝛ iuſticia fides ſpes:ꝛ caritas:iſtis vir
tutibus dȝ armari q vult cōtra mundum
pugnare.Quibꝰ armis nos admonet ar
mari aplꝰs.2.cor.6.d.Jn oībꝰ exhibeamꝰ
nos metipos ſic dei miniſtros in mlta pa
cientia in ieiunijs in caſtitate in ſcientia
in longanimitate.in caritate nō ficta:in v̄
bo veritatis ꝛ virtute dī p arma iuſticie
a dextris ꝛ a ſiniſtris.¶ Ubi cōſidero in
ſcientia virtutē prudētie.Jn ieiunijs ꝛ ca
ſtitate virtutem tēperantie.Jn paciencia
ꝛ virtute:virtutem fortitudinis ꝛ cōſtan
tie.Jn carnis iuſticie:ipam iuſticiā.Jn v̄
bo veritatis virtutē fidei.Jn longanimi
tate virtuteȝ ſpei.Jn caritate nō ficta:vir
tutem caritatis q̄ eſt omniū complectiua.

¶ Jſte ſeptēnarius virtutū fuit nob̄ figu
ratus p .7. lucernas poſitas ſup candela
brum vnum.de qbus dr̄ numeri.8.ꝙ po
ſuit aaron.7.Lucernas ſup cādelabrū vt
p̄ceperat dn̄s Moy.¶ Ubi ſcienduȝ ꝙ
p aaron q interpretat̄ mōs fortis intellr̄
qlibet homo q inſtar montis dȝ per con
tēplationem ellenari in altū ꝛ eſſe fortis
in opibus virtuoſis.Per Moy.q inter
pretat̄ aſſumptus de aquis intellr̄ xp̄s q
fuit ab appetitu mundanaꝝ cupidinū to
taliter ellenatꝰ.Huic inquantū homo p̄ce
pit deus pr̄ vt hoibus p̄dicaret ꝙ ſup cā
delabrū.i.ſup ſe ipſuȝ.7.Lucernas pōeret
i.7.virtutes ſuptus noīatas.¶ Signant
autē dr̄ ꝙ cū iſtis.7.Lucernis debebāt ſe
ptes circuire:ad deſignandū ꝙ homo in
iſtis virtutibus nō dȝ ociari. ¶ Non va
cat āt a miſterio ꝙ dr̄ ꝙ pplꝰs vice ſeptia
ꝛ nō ante clamaſſe:vt det̄ nob̄ intelligi ꝙ
qui vlt deum digne laudare:dȝ h̄ facere
poſt virtute caritatis q̄ eſt ſeptia virtꝰ ꝛ
nō ante.q2 iuxta illud eccli.15.Non ē ſpō
ſa laus i ore pccōris:ꝛ iō dȝ eē in gr̄a cari
tatis p q̄ȝ expellit̄ pccm̄ mortale.ꝛ tūc di
gne dr̄e poterit cū p̄s.Circuiui ꝛ imola
ui i tabernaclo eiꝰ hoſtiā vociferatōis:cā
tabo ꝛ pſalmū dicā dn̄o. Et tūc muri ieri
co.i.blādicie mūdi corruēt ꝛ hēbit victo
riā . Un̄ dr̄ leuit̄.16. Perſeqmini inicos
vr̄os ꝛ corruēt corā vob̄.¶ Cōſidera āt
p̄dicatōnē Joſ.ꝯ ierico.ſit inqt ciuitas h̄
anathma ꝛc.Nā iſte mūdꝰ cū oibus rebꝰ
mūdāis:anathᵃ dn̄o dr̄:q2 oīa mūdana ex
cōicata ſt a dn̄o vt dī ipis amplíꝰ hō ñ re
cipiat q̄ȝ neceſſitas r̄qrit.¶ Cōſidera ēt
imprecationē ſcāȝ hoibꝰ iſtꝭ dedītis.Male
dictꝰ inqt vir ꝛc.Nā re uera q ſpret o dō
pōit cor ſuū rebꝰ mūdāis:digne meret̄ a
dō maledici.iuxta illō Je.7ᵒ.Maledictꝰ
hō q ꝯfidit i hoie ꝛ ponit carneȝ brachiū
ſuū ꝛ a dn̄o recedit cor eiꝰ.¶ Modꝰ āt
eūdi p mūdū iſtū fuit nob̄ dn̄ſus i p̄s.vbi
dr̄,Aſcēſiōes i corde ſuo diſpoſuit i valle

lachrimaꝝ i loco quē poſuit ꝛ enim bn̄di
ctionē dabit legiſlator : ibūt dē virtute in
virtutē videbit̄ dō deoꝝ i ſyon.¶ Ubi p̄
mo cōſidera modū ꝯuenientē cū dic̄.aſcēſio
nes diſpoſuit i valle lachrimaꝝ.p vallē p
fundā itellr̄ ſtatꝰ hūiliatōis.p lachrimas
fletus ꝯtritiōis.Jſtū modū dedit nob̄ xp̄s
Mat.11.d.Diſcite a me q2 mitis ſuȝ ꝛ hu
milꝰ cordē.ꝛ ſic aſcēdere poſſumꝰ.q2 Luc.
14.Qui ſe hūiliat exaltabit̄ . Ut ſic hūili
tate p̄ via dicat cū p̄s. Lauabo p ſinglꝰas
noc.lectuȝ meū lachrimis ſtratū meū ri
gabo.¶ 2ᵒ ꝯſidera gr̄am adiuuāteȝ cū di
cit.bn̄dictionē dabit legiſlator.p q̄ȝ itellr̄
gr̄a nos adiuuās i opibꝰ bōis.q2 Jac̄.4.
Supbis dō reſiſtit hūilibꝰ aūt dat gr̄am.
¶ 3ᵒ ꝯſidera actū pficientē cū dic̄. Jbūt
dē virtute i virtutē.Nā hoies qbus dō de
dit ſuā gr̄am dȝ ſe virilr̄ exercere . iuxta
illud collꝰ.1ᵒ.Jn oī ope bono fructificātes
ꝛ creſcētes i ſcia dī in oī virtute ꝯfortati.
¶ 4ᵒ ꝯſidera glꝰaȝ ꝗetātē.cū dic̄.videbit̄
dō deoꝝ i ſyō.hoies q dū viuūt i hoc mū
do exercēt ſe vt ē:merent̄ deuȝ videre fa
cialr̄ i glꝰa.iuxta illō.1.Jo.3.Scimꝰ qᵐ cū
apparuerit ſilꝰes ei erimꝰ ꝛ videbimꝰ euȝ
ſicuti ē.¶ Jſti q ſic hūilr̄ petūt cū lachri
mis bn̄dictōem diuinā i h̄ mūdo p gr̄am:
vt viſionē clarā habeāt p glꝰam poſſunt ſi
gurari p aſam filiaȝ caleph.require ſupra
euaᵒ pte

Secunda pꝰ.

Equit̄.Cū āt appropinq̄ret por
te ciuitatꝭ ꝛc.Ubi tāgit clarita
tatē affligētem amariꝰ.ꝙ pbat
pueri carētia aialꝰ.Ubi ſciendū ꝙ mors ē
pēa pcci.Nā q2 primꝰ hō peccauit:iō i ge
nus hūanū p ipm nō ſolū pccm̄ intrauit:
ſed ēt pēa peccati.q2 iuxta illud.2.Re.14.
Oēs morimur ꝛ q̄ſi aq̄ dilabimur q̄ non
reuertunt̄.¶ Lȝ aūt mors ſic generalꝰ ſit
hoibꝰ q2 tñ affectꝰ carnalꝰ inclinat̄ ad pxi
mos:eſſe ñ pōt qn diſpliceat ſaltē q̄ȝrum
ad ſenſualitatē hoibus qñ ſibi cari ꝛ pxi
mi moriunt̄.iuxta illō ꝙ dixit dō de iona

tha mortuo.2.Re.1.Doleo inqt ſup amorē
mulieꝝ ſicut mater amat vnicū filiū:ita te
diligebā:⁊ idō cū iſta mulier vidua vnicū
hēret filiū:quē care diligebat:nō poterat
eſſe qn de ipſius morte grauiter triſtaret
vt ſic potuerit dicere illd Mat.26.triſtis
eſt aīa mea vſqꝫ ad mortē.¶Sciendū eſt
āt ꝙ q̄ꝫtum ad pñs ſpectat ꝙ triſtitia ex
duobꝰ pōt oriri.
Primo ex ſubtractiōe rei dilecte.
Secundo ex deficiente ꝯſolatione.
Naturale āt eſt ꝙ qñ hō videt aliquē de
ſolatū ꝙ ſibi ꝯpaſſionē oñdit:⁊ idō qꝛ iſta
mlier erat triſtis:pplꝰs ſibi ꝯpaciebat. Sꝫ
ħ igit i pte iſta.3ª poſſumus ꝯſiderare.ſ.
Rei dilecte ſubtractionē.
Cōſolationis defectionē.
Populi cōpaſſionem.
¶Quantū ad primū dicit.Cū aūt appro
pinquaret ⁊c. Ubi ſciendū ꝙ qñ corpora
amicoꝝ de domibꝰ exportant:ſolēt ꝑpin
qui flere:qꝛ igit corpꝰ iſtiꝰ adoleſcentuli
portabat ad ſepulcrū:amici plorabāt. Ut
ſic potuerit dici illud Eze.27. Radet ſup
te caluitiū:⁊ accingent ciliciis:⁊ plorabūt
te in amaritudie aīe planctu amariſſimo.
¶Quantū ad ꝯſolatiōis defectionē dic.
filiꝰ vnicus ⁊c.vbi ſciendū ꝙ duo iter alia
ſunt q̄ ſolēt dolorē mřis de filio mortuo
ꝯſolari.ſ.qñ ſibi remanet aliꝰ filiꝰ:vel qñ
ſibi remanet maritꝰ de cuiꝰ pñtia ꝯſolat ⁊
de quo ſpat alios ꝓcreare. Quia igitur
iſta mulier niſi vnicū filiū nō hēbat quem
videbat defunctū:⁊ viꝝ non hēbat idō ſm
Grego.ſuberat ſibi materia lamentandi.
¶Quātū ad pplī ꝯpaſſionē dicit. Et tur
ba ciuitatꝪ multa cū illa.Ubi ſciendū ꝙ qꝛ
iſta mulier erat famoſa in ciuitate:hoies
ſibi compatiebant de filio mortuo:⁊ ideo
cum ipa ibat multitudo populi ⁊ diſpēſa
tōe diuina vt mlři teſtes eſſent tāti mira
culi.vñ xpo oñdēs corā multꝪ diuā ſapiēti
am ⁊ potētiā dicere pot illd ſap.8.Hēbo
pp hāc claritatē ad turbas:⁊ honorē apō
ſeniores:⁊ in multitudine videbor bonus
⁊ i bello fortꝪ. ¶Sciēdū eſt āt circa ptē
iſtaꝫ loquēdo ſpūalr ꝙ p iſtā ciuitatē itel
ligi pōt qlibꝫ hō in q̄ inſtar ciuitatꝪ in q̄
dꝫ eſſe ciuium vnitas:ſenſualitas dꝫ ſbici
⁊ vniri rōni. Per iſtam āt mlierē viduā
itellī pōt aīa exñs in pccō mortali:q̄ vidua
tur:qꝛ amittit xp̄m ſpōſum ſuū:vt ſic fit
Judith vidua filia merari. Judith.8. Nā
per Judith que interpretat confitens itel
ligit quilibꝫ xp̄ianus q xp̄m dꝫ firmit cō
fiteri:tamen multotiēs accidit ꝙ homo i
pccm̄ labit.⁊ ſic eius anima viduat:⁊ tūc
dr̄ filia merari:q interpretat amaritudo:
qꝛ tunc aīa amara efficit ⁊ diſplicibilꝰ dō.
Per filiū āt itellīntur opa bona q p tāto
mori dr̄:qꝛ in celeſti patria remunerari ñ
meretur.iuxta ꝙ dñs dic Eze.18. Si auer
terit ſe iuſtꝰ a iuſticia ſua ⁊ fecerit iniqui
tatem ſm omnes abhominatōnes ſuas
quas operari ſolet impius omnes
iuſticie ciꝰ non recordabunt:in ꝑuaricatō
ne q̄ preuaricatus ē.⁊ in pccō ſuo ꝙ pec
cauit in ipo morief. ¶Signanter āt dīr
opa filiꝰ vnicꝰ:qꝛ dū hō morit ⁊ exijt de
mundo:nihil ſecū portat niſi bōa opa vel
mala. Unde Apoc.14. Opa enim illorum
ſequunt illos.¶Per portas autē iſtius
citatꝪ intellīnt ſēs corpis p q̄s mītonēs i
gredit pccꝫ i aiaꝫ mortificās ipaꝫ:⁊ idō dīr
porte mortꝪ ⁊ feneſtř.iuxta illd Jeř.9.aſcē
dit mors p feneſtras vr̄as ingreſſa ē do
mos vr̄as.¶O pccō: miſerrime ꝯſidra
tria q̄ in ſe hꝫ hō exñs in gr̄a:⁊ tria ꝯīa
exñs in pccō ⁊ ptimeſce. Nā exñs in gr̄a
hꝫ āglōs ſocios:⁊ ipe nūcratꝰ ē colſio eccle
militantꝪ:vt ſic merito poſſit dr̄e dñs d ip
ſo illud Zach.8. Habitabo in meᵒ ierᵐ ⁊
vocabit ierᵐ ciuitas XitatꝪ ⁊ mōs dñi exer
cituū mōs ſāctificatꝰ. ¶Exñs ēt in gr̄a
dici pt dña ornata viro ſuo:qꝛ xp̄ꝫ hꝫ ſpō
ſū.vt ſic ſibi dici poſſit illd deuto.15 Dña
beris natōibꝰ plurimis:⁊ tui nēo dñabitur.
¶Dr̄ ēt exñs in gr̄a pnceps qꝛ lib ⁊ ſui



iuſ nlli ſbiectꝰ:vt ſic fit Joſeph. de q̄ geñ.
41. Erat Joſeph pnceps egypti. ¶Exñs
āt in pccō mortali amittit.
Cōſortiū gr̄oſum.
Spōſum amoroſum.
Dominium generoſum.
¶Pᵒ dico ꝙ hō pp pccm̄ amittit ꝯſorti
um gr̄oſum:⁊ ħ no.cū dr̄ qūo ſedet ſola ci
uitas plēa pplō.treñ.1. Nā hō qui erat in
gr̄a erat ſociatꝰ ab āgelꝪ:ꝯfortatꝰ ſcōꝝ au
xiliis:ſꝫ pp pccm̄ efficit ſolitariꝰ ab omni
bꝰ ðrelictꝰ:vt ſic d ipo dici poſſit illd trñ.
3. Sedebit ſolitariꝰ ⁊ tacebit:qꝛ leuabit ſe
ſup ſe. Nā qñ hō ꝯtēnendo diuina ꝑcepta
erigit ſe ꝫ dñm p ſupbiā:tūc derelictus a
deo ⁊ ab āgelꝪ ſolꝰ dimittit ⁊ ſibi auſus au
fert loq̄ndi:qꝛ iuxta illud ecclci.15. Nō ē
ſpōſa laꝰ in ore peccōris. Et tñ nō aduertit
miſer peccator ſic ſolus remanēs ꝙ dr̄ ec
cleſiaſtici.4. Ue ſoli qm̄ cū ceciderit nō hꝫ
ſubleuātē.¶Secūdo hō p pccm̄ amittit
ſponſū amoroſū. Et ħ notat cū dr̄. Fcā ē qi
vidua dña gentiū. Nā hō peccās mortalr
amittit xp̄m ſponſū ⁊ ſic ſpūalr viduat.⁊
ſic pt ſibi dici illud ꝙ dcm̄ fuit Thamar
Gen.38. Eſto vidua in domo pr̄is tui. Nā
p Thamar q interpretat ꝯmutās intelligit
pccōr q peccādo ꝯmutat xp̄m quē ſpōſuꝫ
hēbat p gr̄am:in dyaᵐ cui adheret p cul
pā.pp ꝙ d talibꝰ loqt dñs Je.2.d. Pplꝰs
meꝰ mutauit glīam ſuā in ydolū.¶3ᵒ di
co ꝙ p pccm̄ hō amittit dñiū gr̄oſuꝫ. Et ħ
no.cū dr̄. Princeps ꝓuinciaꝝ fcā ē ſb tri
buto. Nā hō in gr̄a inſtar pncipis erat li
ber.cū āt peccat mortalr efficit ſuꝰ dya
boli. Nā ſic dr̄ ꝓuer.16. Manꝰ fortiū dña
bit:q̄ āt remiſſa ē tributꝪ ſuiet. Nā qñ hō
ē fortꝪ vitiis reſiſtēdo:tūc ve ē dñs:qñ Xo
negligēs:tūc ſic ſuꝰ dyaboli efficit ſb tri
buto.¶Si igit q̄rat a dño qūo ciuitas.i.
hō ciuitas xp̄i:q ſolebat eē plena pplō.i.
gratiis dōis ⁊ Xtutibꝰ ē ab āgelꝪ derelicta
qūo ħ ciuitas q̄ ꝯſueuerat eē ſpōſa xp̄i p
gr̄am ē viduata p clpā:qūo nihilominus
ciuitas q̄ ſolebat eē dña ⁊ libā ⁊ magnifi
cata:fcā eſt ſerua ⁊ ācilla dyaboli vt de ea
dici poſſit illud treñ.1. Egreſſus eſt a fi
lia ſyon oīs decor eius. Rñdet dñs Oſee
2. dicēs. Uis ſcire oia iſta. dico tibi quia
dixit. Uadam poſt amatores meos qui
dāt panē mihi:⁊ aq̄s meas linū meū ⁊ la
nā meā:⁊ potū meū ⁊ oleū meū.cā igit q̄re
miſer pccōr incurrit ħ dāna eſt qꝛ relicto
xp̄o iuit poſt amatores .i.vitia ⁊ peccata.
¶Sciendū eſt āt q̄ꝫtuꝫ ad pñs ſpectat ꝙ
iſti amici ſunt tres caro laſciuiēs:mūdus
alliciēs:⁊ dyabolꝰ ſupbiēs.q tres tāgunt
in reſponſione ꝑdicta. Primꝰ dat panē ⁊
potū.i.delitias corporales. Secūdꝰ dat la
nam ⁊ linū.i.diuitias tpales. Tertiꝰ oleū
i.excellētias mūdiales.¶Primꝰ igitur
amicus.i.caro dic hoi dimitte ſponſū xp̄ꝫ:
qꝛ nimis ē tibi durus. vlt enim ꝙ facias
pniam corpꝰ domando ieiunādo:vigilādo
⁊c.qꝛ ipſe dicit Luc.9. Qui vlt venire pꝰ
me abneget ſemetipꝫ ⁊ tollat crucē ſuaꝫ ⁊
ſequat me. Jſta ſunt nimis grauia ieiūa
re ⁊c.dimitte ergo illū.veni poſt me:qa
dabo tibi panē ⁊ vinum.i.delitias corpo
rales.¶O q̄ꝫ falſus eſt iſte amicus q ho
mini iſta promittit:qꝛ eſt ſicut amus ſub
eſca.qꝛ apoſtolꝰ.1.cor.15. Caro ⁊ ſanguis
regnum dei poſſidere non poſſunt.¶Se
cundus autem amicus.i.mūdus dicit ho
mini.dimitte xp̄m ſpōſuꝫ q tibi ꝑcipit di
uitias ꝯtemnere.paupertatē eligere. qa
dic Luc.14. Niſi quis renunciauerit om
nibus que poſſidet non poteſt meus eſſe
diſcipulus. Jſta ſunt nimis grauia. Ueni
poſt me dabo tibi lanam ⁊ linum.i. poſſeſ
ſiones ⁊c.⁊ ornamenta ⁊c.⁊ in iſtis iocun
deris ad libitum tuum. ¶O q̄ꝫ falſus
eſt iſte amicus qui falſa homini promittit
quoniam ſtabilitatem non habent. iuxta
illud.1.Joan.ſecundo. Nam mundus trā
ſit ⁊ concupiſcentia eius.¶Tertius ami
cus.ſ.dyabolus dicit. Dimitte Chriſtum
ſponſum q precipit habere humilitatē ⁊c.

d.Mat.ij.Diſcite a me q: mitis ſu ⁊ hu
milis corde:q: nimis ſunt grauia: véi pꝰ
me ⁊ dabo tibi oleum.i.honores: dignita
tes ⁊c.vt nulli ſbſis:oíbus pſis. ¶ O q̃
falſus ē ét iſte:pmittit ſuperba: ⁊ ſblatet
calamitas confuſionis eterne.Audi quid
ſb nomie luciferi ſuperb dr̃ Jſ.19. Quō
cecidiſti de celo lucifer qui mane orieba
ris qui dicebas i corde tuo i celum aſcen
dam ſuper aſtra exaltabo ſolium meum:
aſcendam ſuper altitudinem nubium: ſi
milis ero altiſſimo:verūtamen ad iſernū
detraheris i pfundum laci.o q̃ mala cō
uerſatio.Unde tc̃ exñtes in tormentꝭ po
terunt dicere illō ſap.5.Errauimus a via
Ꝟitatꝭ ⁊ iuſticie:⁊c. viam āt dñi ignora
uimus qd nob pfuit ſuperbia aut qd di
uitiarum iactantia contulit nob: tranſie
runt oia illa tanq̃ vmbra ⁊ tanq̃ nunciꝰ
⁊ tanq̃ nauis:cuius non eſt veſtigium in
uentre ⁊c.Et nos nati continuo dſinimꝰ
eſſe ⁊ virtutꝭ: quidē ſignum nullum valui
mus oſtédere:in malignitate autem nr̃a
conſumpti ſumꝰ.O q̃ malū fructū addu
cit illa ꝯº. q: ſuppliciū eternale.¶ Quis
igitur miſer pccō: niſi ſue ſalutꝭ imemorꝭ q
hoc non timeat ⁊ dicat illō Oſee.2.Uadā
⁊ reuertar ad viꝝ meū priorem: q: mihi
bonum erat tunc magis q̃ nunc. Re Ꝟa
melius ē ſtare cum xp̄o q̃ cū ſupradictꝭ.
q: eꝯº. iſtis xp̄s dat vitam eternã.iuxta
ꝙ ipſe dic̃.Jo.8.Qui ſeqtur me nō ambu
lat in tenebris:ſꝫ hēbit lumen vite.

## Tertia pars.

Equit̃.Quā cum vidiſſꝫ ⁊c.Ubi
tangit pietaté iclinanté béigni
us:ꝙ pbat dei clemétia ſr̃nal'.
Ubi ſcié. ꝙ ad h ꝙ aliqs poſſit alt̃i miſe
reri:oꝫ ꝙ ipſiꝰ neceſſitaté cognoſcat:q̃ co
gnita oꝫ ſibi ex affectu ꝯpati ⁊ ipm dulci
ter ꝯſolari.Scōm h igit̃ in pte iſta quātū
ad pietatem xp̄i hic oſtenſam tria poſſu
mus ꝯſiderar̃ q̃ fuer̃t i xp̄o.ſ.
Aſpectum lumioſuꝫ in cognoſcédo.
Affectū viſceroſum i compatiédo.
Affatū gratioſum in ꝯfortando.
¶ Qm ad pm iſtoꝝ dic̃.Quā cū vidiſſet
⁊c.Ubi ſciédū ꝙ xp̄s nō ſolū p ſigna exte
riora ſicut aliȷ q ibidé adherāt cognouit
deſolatōem iſtiꝰ vidue.ſꝫ ét q: ds vidbat
amaritudiné cordis:q: hebr̃.4.Oia nuda
⁊ apta ſunt ocl'is eiꝰ:pp ꝙ ipe dic̃ Job.13.
Oia vidit oculꝰ meꝰ ⁊ audiuit auris mea
⁊ itellexi ſingula.¶ Qm ad 2m dic̃. miſe
ricordia motus ſup eā.Ubi ſcié.ꝙ xp̄s co
gnoſcés vehemēté doloré iſtius vidue:tā
q̃ pr̃ pius miſertus ē calamitati eius.vt
ſic dicer̃ potuerit illō Job.31.Ab infantia
mea creuit mecū miſeratō:⁊ de utero ma
tris mee egreſſa eſt mecum. ¶ Qm ad
3m dic̃.Dixit illi noli fler̃.Ubi ſcié.ꝙ iſta
ml'ier dolés de morte filij prorūpebat la
chrimas.Xp̄s igitur ipam confortans de
reſuſcitatōe filij dic̃.Noli flere.q.d.ſꝫ Be
dam.Deſiſte quaſi mortuum flere quem
mox viuum reſurgere videbis.¶ Scien.
ē āt circa iſtam parté loquédo moral'r ꝙ
p iſtā ml'ieré viduā plorantē filiū ſuū mor
tuū intll'i pōt qlibꝫ exñs in pccō mortali:
q viduatus a dō:mortuā aiam hꝫ p cl'paꝫ.
¶ Plorās āt debꝫ dūm inuocare ad ſue
deſolatōis inſpectōem:dicédo illō tren̄.1.
Uide dñe afflictōem meā qm̄ erectꝰ ē ini
micꝰ meꝰ.cui dūote rñdet dñs.4.Re.40.
d.Audiui orōnem tuam:⁊ ecce ſanaui te.
¶ Hoc āt fuit nob figuratum.4.Re.12.in
Oſia rege:de q̃ ſnial'r dicit̃ ꝙ cuꝫ dñs fu
iſſet ſibi ⁊ populo ſuo cominatus timuit
⁊ humiliatus eſt:⁊ ſcidit veſtiméta ſua ⁊
fleuit ⁊ conſulit dñm: cui rñdit Oldan p
pheta.d.p eo ꝙ audiſti verba voluminis
⁊ perterritum eſt cor tuū ⁊ humiliatꝰ es
coram dño:⁊ ſcidiſti veſtiméta tua ⁊ fleui
ſti corā me:⁊ ego dic̃ dñs.idcirco colligā
te ad pr̃es tuos.¶ Ubi ſciédum ꝙ p Jo
ſiam cui cominatus fuerat dñs intell'r q
libet deum offendés:cui deꝰ comiat̃ mor



tem ⁊ penam.q̃ cominatōe audita non oꝫ
calcitrare ꝯ dñm:ſed cuꝫ humilitate time
re culpam recognoſcendo p contritōnem:
⁊ ſcindere veſtimenta ſua:offenſam reue
lando per confeſſioné ⁊ flere:penam ſuſti
nendo per ſatiſfactōem: ⁊ a dño conſiliuꝫ
ſue directōis petere:viuendi regulam de
poſcendo.cui ſi iſta fecerit:reſpondet̃ p p
phetam.i.per inſpiratōem internoꝝ:vl' p
eruditōem externam.⁊ ſibi dr̃ p eo ꝙ au
diſti comiatōem diuinā ⁊ perterrituꝫ eſt
cor tuum per amaram ꝯtritōem ⁊ ſcidiſti
⁊c.Ego audiui plenam remiſſionem:⁊ id
circo coligam te ad pr̃es tuos.per carita
tiuam vnioné i hoc mundo p grãm ⁊ in
paradiſo per gloriam. ¶ Debꝫ etiam icli
nare deum ad pprie miſerie ſbleuatōem
d.cum ps.Fiat miſericordia tua vt conſo
letur me ſm̄ eloqum tuum ſeruo tuo:cui
dñs reſpondet Jere.13.d.In caritate ppe
tua dilexi te:iō attraxi te miſans tui.Nā
q: ds hominem diligit qm ē in ſe carita
te ppetua:iō qñ homo ad ipm conuertit̃:
ipſius poſtulando miſericordiā:veniā me
retur.¶ Hoc āt fuit nob figuratuꝫ Jer̃.
2.Ubi ſb metaphora ciuitatꝭ ierl'.loquens
hōi petenti ſuam miſericordiā dic̃. Uade
Jere.⁊ clama in auribꝰ Jerl'.d.h dic̃ dñs
recordatus ſum tui miſerans adoleſcenti
am tuā ⁊ caritatem deſponſatōis tue qñ
ſequuta es me in deſerto. ¶ Ubi ſciéduꝫ
ꝙ per iſtam ciuitaté intell'r hō ſic dcm̄ ē
huic ad ſuam ꝯſol'onem p Jeremiam.i.p
pdicatorem.vel per ſcripturam: vel p in
ſpiratōem ānunciat̃ dei béignitas volenꝭ
ipm ad miſericordiā reuocare: cum dicit
recordatus ſum tui ⁊c. ¶ Ubi ſciendū ꝙ
ds cū deſpōſat aiam in baptiſmo: ifundit
ſibi fidé ⁊ virtutes alias ⁊ dat ei grãm d
corantem.iuxta Oſee.2.Spōſabo te mihi
in fide:⁊ ſcies q: ego dñs. ¶ Lꝫ āt ſic ds
ſibi deſpōſauerit aiam hois:tñ multotiés
hō ſequés ſenſualitaté ſignificatā p adole
ſcétiā i q̃ viget ſenſualitas ab ipo recedit
peccādo.Nō aduertés ꝙ iuxta illō eccl'.
ij.Adoleſcentia ⁊ voluptas vana ſunt.
¶ Lꝫ āt homo ſic per adoleſcentiā a deo
receſſerit:ſi tñ vult ſe cognoſcer̃ ⁊ poſtu
lare miſericordiam timés diuinā iuſticiā
⁊.d.illud Job.13.Scribis eniꝫ ꝯ me ama
ritudines ⁊ ꝯſumere me vis peccatꝭ ado
leſcentie mee q quaſi putredo conſumen
dus ſum ⁊ quaſi veſtimētū ꝙ comeditur
a tinea:tunc merebit̃ indulgentiā: ⁊ ideo
dic̃.Miſerans adoleſcentiam tuā.Nā ip
ſe dic̃ Exo.23.Miſerebor cui voluero: ⁊
clemens ero in quem mihi placuerit.Sꝫ
tamen aduerte qñ dicit ſe miſertum eſſe:
q: qñ ſecuta es me in deſerto.i.i aſperita
te pnie.Nam ipe dic̃ Jere.31.Inuénit gra
tiam in deſerto ppl'us q remāſit gladio
i.q euaſit diuinā ſniam.¶ Tali āt ſic dūo
te cū lachrimis poſtulāti inſtar illius vi
due flentꝭ dic̃ dñs.Noli flere.i.ne dſpes d
mea mia:q: p te hēo brachia extenſa in
cruce in ſignum copioſe mie:vt te recipiā
ꝯuertenté.¶ Hoc āt fuit nob figuratum
apoc̃.5.Ubi ſnial'r dr̃ ꝙ cū Jo. vidiſſꝫ ſe
dentem ſup thronum librū vnū ſignatuꝫ
ſigill'.7.ſcriptum intꝰ ⁊ foris ⁊ nō eſſꝫ in
uentus q poſſꝫ apire libꝝ ipſe flebat mul
tum:cui dixit vnus d ſenioribus ne fleue
ris.Ecce vicit leo de tribu iuda radix dd
apire librū ⁊ ſoluere ſignacula eius.Ubi
ſcien̄.ꝙ p iſtū librū in dextera ſedentꝭ ſup
thronos:ſignatū ſigill'.7.intlli pōt gl'ia p
fecta cuiuſlibꝫ hominis qm ad corpus ⁊
animā q̃ ꝯſiſtit in.7.dotibus.tribꝰ ex pte
anie.ſ.celica viſiōe:ſuaui fruitōe:⁊ firma
tentōe.⁊ quattuor ex pte corporis.ſ.clari
tate:ſbtilitate:agilitate:⁊ impaſſibilitate
q̃ gl'ia iō dr̃ lib:q: ipam nob pmittit ſcri
ptura qui liber dr̃ in dextera ſedentꝭ ſup
thronū.i.in dextera dei:q: ipe ſolꝰ pōt di
ctā gl'iam dignis ꝯferre.tñ iſte lib āte ad
uentū xp̄i viſus eſt clauſus. q: nll's alius
potuerat ipm aperire:ꝙ ꝯſiderans beatꝰ
Jo.in pſona omniū flebat:q: nō erat crea

tura q poſſꝫ apire libꝛū:vt hō illā ꝑfectaꝫ
glꝛ'am obtineret:Cui tñ confoꝛtādo dr̄:ne
fleueris:cuius cām aſſignans dic̄.Vic̄ leo
de tribu.⁊c.Ubi ſciendū ꝙ ꝑ leonem ⁊ ra
dicem iſtaꝫ intellr̄ xp̄s d̄ tribu iuda ⁊ ſtir
pe dd̄.Jſte dr̄ viciſſe:qñ dyaꝫ ſupauit in
cruce:⁊ tē ſoluit.7.libꝛi ſignacl'a:q: nobis
acqſiuit ꝑdictā gl'am.Unde ꝓphice dixit
Moy.deutero.28.Aperiet dominꝰ theſau
rū optimū celum:vt tribuat pluuiā terre
ſue in tempoꝛe ſuo.i.pꝛedictā gloꝛiaꝫ.

Quarta pars.

Equit.Et acceſſit ⁊ tetigit locu
lum ⁊c.Ubi tangit ꝑtātēꝫ opan
tem celerius:ꝙ ꝓbat dei effica
tia virtual'.Ubi ſcien.ꝙ lꝫ circa afflictos
pietas incohet in ꝯpaſſione interrioꝛi:ta
men perficit in effectu exterioꝛi.xp̄s igit
ſic verus pius ⁊ miſericoꝛs nō ſolū ꝯpaſ
ſus fuit mlꝛ'ieri filiū deploꝛāti verb:ſꝫ pie
tatē opere voluit iplere:filiū ſuſcitādo ꝑ
ꝙ eius magnificētia declarat.Circa igit
hāc magnificentiā.6.poſſumꝰ ꝯſiderar̄.ſ.
Occurſum pietatis.
Influxum bonitatis.
Aſcenſum voluntatis.
Imperiū maieſtatis.
Inditium poteſtatis.
Affectum alacritatis.
¶ Quātū ad pm̄ dicit.Acceſſit.Ubi ſciē
dum ꝙ ſignū magne pietatꝭ fuit quando
xp̄s ſic benigne voluit accedere ad fere
trū defuncti.lꝫ h̄ fuerit ꝯgruū q: cū ip̄e d̄
ſe dicat Jo.10.Ego vēi vt vitā hēāt:⁊ iſte
iuuēis eſſet moꝛtuꝰ:indigebat ꝑſentia vi
te:⁊ iō xp̄s acceſſit ad ip̄m.¶ Qm̄ ad in
fluxū bonitatꝭ dic̄.Et tetigit loculuꝫ.Ubi
ſciēdū ꝙ ꝑ tactū xp̄i intell'i pōt eiꝰ influē
tia ad iſtū moꝛtuū ſuſcitāduꝫ.vt d̄ ip̄o po
tuerit dici illō amos.9.ꝙ ip̄e ē dñs deus
exercituū q tāgit terraꝫ.Nā terrā xp̄s te
tigiſſe dr̄:qñ feretrū tetigit in q̄ poꝛtabat
terrenū coꝛpꝰ moꝛtuū.¶ Qm̄ ad aſcēſuꝫ
volūtatꝭ dic̄.Hi āt qui poꝛtabāt ſteterūt.

Ubi ſciendū ꝙ illi q poꝛtabāt d̄functū vi
dētes ꝙ xp̄s acceſſerat ad loculū:aſſenſe
rūt ſibi:q: videbat velle tenere feretruꝫ:
ſpātes ēt videre miraculū:vt dici potue
rit eis illō exo.14.Nolite timere ſtate ⁊
videte magnalia dñi q̄ facturꝰ eſt hodie.
¶ Qm̄ ad imperiū maieſtatꝭ dic̄.Et ait
adoleſcēs tibi dico ſurge.Ubi ſciendū ꝙ
xp̄s tanq̄ꝫ d̄s verꝰ cuius dr̄e ē facere:iu
xta illō ꝑs.Ip̄e dixit ⁊ facta ſūt:ipa tiue
loquit.d.ſurge.Et i h̄ ſcd̄m Titū.apparet
differētia xp̄i ſuſcitantꝭ moꝛtuos ⁊ alioꝝ
ſanctoꝝ:q: xp̄s ꝓpꝛia virtute:⁊ iō ſolo v̄
bo.Alij vero virtute diuina ⁊ nō ꝓpꝛia:⁊
ideo ꝑ inuocatōeꝫ diuini nois:⁊ aliqbus
alijs ſignis.¶ Qm̄ ad inditiū ꝑtātis di
cit.Et reſedit q erat moꝛtuꝰ ⁊ cep̄ loqui.
Ubi ſciendū ꝙ diuina potētia nō indiget
ad operādum interuallo t̄pis ſꝫ ſtatim vt
vl't opat.Nā iuxta illō ꝑs.Oia quecūq̄
voluit dñs fec.⁊ iō ſcd̄m Titū.ſtatim vt
xp̄s voluit:Jſte defunctꝰ ſtetit.¶ Qm̄
ad effectū alacritatꝭ dic̄.Et dedit illū mr̄i
ſue.Ubi ſciendū ꝙ iſta vidua vidēs ſibi
viuū filiū datum potuit alacriter iocūda
ri:⁊ dr̄e illud ꝙ dixit anna de filio quē a
dño obtiuit.d.i.Re.1.ꝓ puero iſto oꝛaui ⁊
dedit mihi dñs petitōem meā.¶ Scien
dum ē aūt circa ꝑtem iſtā loquēdo moꝛa
liter:ꝙ ꝑ iſtum moꝛtuū reſuſcitatū a dño
intelligunt hoies peccatoꝛes q ſpūaliter
reſuſcitant a xᵒ.Ubi ſciendū ꝙ quātū ad
peccatoꝛē q reſuſcitat a xp̄o.7.poſſumꝰ ꝯ
ſiderar̄ q̄ hic tāgunt.Nā pᵒ dr̄ ꝙ xp̄s ac
ceſſit.2ᵒ ꝙ tetigit loclꝫ.3ᵒ ꝙ illi qui poꝛta
bāt ſteterūt.4ᵒ ꝙ xp̄s vocauit eū.d.ado
leſcēs ⁊c.5ᵒ ꝙ reſedit.6ᵒ ꝙ fuit locutꝰ.7ᵒ
ꝙ d̄dit illū mr̄i.Sic ꝓpoꝛtionalr̄ ad reſu
ſcitādū peccatoꝛē:xp̄s accedit ꝑ benignā
ꝑuentionē:tangit ꝑ internā inſpiratōem:
peccō: dꝫ ſtar̄ ꝑ ꝓmptā exhibitōeꝫ:xp̄s vo
cat ꝑ externaꝫ ꝑdicatōem peccatoꝛ ſedet
ꝑ amarā ꝯtritionē:loquit ꝑ aptā cōfeſſio
neꝫ:tradit eū mr̄i ꝑ gratā recōciliationē.



¶ Pꝛimo dico ꝙ ad peccatoꝛē reſuſcitā
dum xp̄s accedit ꝑ pꝛeuentionē benignaꝫ
Naꝫ lꝫ hō ꝑ ſe poſſit in pccm̄ cadere:non
tñ pōt a peccō reſurgere:niſi gr̄a d̄i pꝛeue
niēte.Naꝫ ſcd̄m apl'm.2.ro.3.Nō ſumꝰ ſuf
ficiētes cogitare aliqd a nob: q̄ſi ex nob
ſꝫ ſufficiētia nr̄a ex d̄o ē.qñ aūt peccō: ad
ſe reuertit ⁊ reuerēter deū cognoſcit: vt
ſuū dñm tūc deus inclinat:⁊ ꝑuēit cū ſua
gr̄a.Vñ eccle.32.Pꝛo reuerētia accedet
tibi bōa gr̄a.¶ Hoc aūt fuit nobis figu
ratum Jon.1.vbi ſnialr̄ dr̄ ꝙ cū Jōas no
lēs obedir̄ dño fugeret a facie eiꝰ ⁊ d̄ſcē
diſſꝫ ad iterioꝛa nauis ⁊ ibi doꝛmiret: ꝙ
vidēs gubernatoꝛ nauis acceſſit ad eum
⁊ ſibi dixit qd tu ſopoꝛe d̄pꝛimis ſurge ⁊
inuoca d̄um tuū.¶ Ubi ſciē.ꝙ ꝑ Jonaꝫ fu
giētē a facie dñi itll'i pōt qlibꝫ peccō: :qui
a d̄o fuger̄ dr̄ dū volūtarie recedit a filio
de quo dr̄ ꝓuer.28.Fugit ip̄ius nemie ꝑ
ſequēte.Jſte dr̄ doꝛmire q: negligit ope
ra virtuoſa.¶ Per gubernatoꝛē d̄o na
uis vigilē ⁊ excitantē Jonam:intellr̄ xp̄s
qui qm̄ i ſe ē inſtruit hoiem ⁊ gubernat.
iuxta ꝙ ip̄ſe dic̄ Jſ.48.Ego dominꝰ deꝰ
tuus docens vtilia ⁊ gubernans te i via
q̄ ambulas.Jſte vidēs peccōꝛē i ſua pigri
tia doꝛmiētem eū excitat vt ſurgat.d.Ut
quid ſopoꝛe ⁊c.¶ 2ᵒ dico ꝙ xp̄s tāgit peꝛ
internam iſpiratōem.Nam xp̄s vidēs ho
minem in pccis iacentem poſtq̄ꝫ pꝛeuēit
eū ſua gratia aliquando tangit ip̄ſuꝫ iſpi
rando interius vt a peccato reſurgat.
¶ Ut ſic figuret per illū angelum q teti
git elyam de quo ſnialr̄ dr̄.3.Re.19.ꝙ cuꝫ
elyas doꝛmiret i vmbꝛa iunipi:ecce ange
lus dñi tetigit eū.d.ſurge ⁊ comede grā
dis enim tibi reſtat via.Sic re uera duꝫ
pigritamꝰ in uitijs:nos inſpirando exci
tat dñs vt ſurgamus ⁊ epulemur in gr̄a
quia nob reſtat grandis via pegrinatio
nis:dum cōuerſamur in mūdo anteq̄ꝫ ve
niamus ad gaudia paradiſi.¶ 3ᵒ dico ꝙ
peccatoꝛ dꝫ ſtare per ꝓmptam exhibitio

neꝫ.Nā peccatoꝛ vidēs ꝙ xp̄s tā miſeri
coꝛditer ꝑuenit accēdendo:tā efficaciter
tangit interiꝰ inſpirādo dꝫ firmiter ſtare
ſibi obediēdo iuxta illud ꝙ ſibi dr̄ eccl'ia
ſtici.2.Fili accedēs ad ſuitutē dei ſta in
iuſticia ⁊ tioꝛe ⁊ ꝑpara aiam tuā ad tēpta
tionē.Jn tioꝛe ꝑ recoꝛdationē ꝑteritoꝛuꝫ
maloꝝ.Jn iuſtitia ꝑ exercitiū opū virtuo
ſoꝝ ⁊ ꝑparare aiam ad tēptationē ꝑ eua
ſionē ſupuenientiū vitioꝝ.¶ Quarto di
co ꝙ xp̄s peccōꝛē vocat ꝑ externā ꝑdicatio
nem.d.adoleſcēs tibi dico ſurge.Nā xp̄s
nō ſolū inſpirat peccōꝛē mentalr̄: ſꝫ ēt ip̄m
erudit vocalr̄ vt a peccō reſurgat dum ei
ꝑ pꝛedicatoꝛē euangelicū nunciādo penaꝫ
⁊ gloꝛiam:vitia ⁊ virtutes veniam ꝑmit
tit.d.illud Ephe.5.Surge qui doꝛmis ⁊
exurge a moꝛtuis ⁊ illuminabit te xp̄s.
¶ Nō igit ſic vocatꝰ a xp̄o dꝫ ip̄m audi
re cū reuerētia ne ſit d̄ ill' de qbus ꝯqueri
tur dñs ꝓuer.1.d.Vocaui ⁊ renuiſtis:extē
di manū meā ⁊ nō fuit q aſpiceret :deſpe
xiſtis oē ꝯſilium meū ⁊ increpatiōes me
as neglexiſtis.Sed tamen aduerte quid
ſequitur.Ego quoq̄ꝫ in interitu vr̄o ride
bo ⁊ ſubſanabo cum vobis ꝙ timebatis
aduenerit.¶ Quinto dico ꝙ peccatoꝛ de
bet ſedere per amaram contritioneꝫ.Nā
qñ peccō: videt ſe aliquo ſupꝛadictoꝝ mo
doꝝ vocatū a dño: dꝫ ſe ip̄m ad conſciētiā
recolligere inſtar ſedentis qui recollectus
reſidet ⁊ cogitare offenſas quas fecit do
mio ⁊ ꝯteri cum doloꝛe.d.illud.i.eſdre.9.
Ego ſedebam triſtis vſq̄ꝫ ad ſacrificiū ve
ſpertinum.¶ Sexto dico ꝙ peccatoꝛ dꝫ
loqui per apertam confeſſionē.Nam poſt
quā peccatoꝛ de peccatis cōmiſſis contri
ctionē habuit:debet ea integre confiteri.
iuxta illud eccl'iaſtici.4.Non ꝯfundaris
ꝯfiteri pecca tua.⁊ qñ dr̄ eccl'iaſtici.17.Cō
fiteberis inquit viuens :viuus ⁊ ſanus cō
fiteberis.¶ Septimo xp̄s dat cū mr̄i ꝑ
gratā recōciliationē.Nā qñ peccatoꝛ de
ſuis pccis doluit ⁊ confeſſus eſt integre

xp̄s piꝰremittẽdo culpā ꝯfert grām:ꝛ ſic
ſcē mr̄i eccl'ie reddit viuū:ip̄m ꝯiungẽdo
turmis fideliū:collocatuꝝ poſtmodū i glo
ria padiſi.¶ Sciendū ē āt circa reſuſcita
tionē iſtius adoleſcētis ꝙ inuēio in teſtō
veteri tres moꝛtuos reſuſcitatos. ſ.filium
mulieris ſunanimitiſ quē ſuſcitauit Elyſeꝰ
in cenaculo ꝛ tradidit mr̄i:ꝛ iſte erat puer
de quo dr̄.4.Re.4.¶ Filiū vidue ſerapti
ne quē ſuſcitauit Elyas ꝛ tradidit mr̄i in
inferioꝛi domo ꝛ iſte erat adoleſcens . de
quo.3.Re.17.¶ Aliū inuenimꝰ ēt ſuſcitatū
ab Elyſeo moꝛtuo : q ſuſcitatus fuit in ſe
pulcro Elyſei:ꝛ iſte erat in etate virili. de
quo dr̄.4.Re.13.ꝙ quidā ſepeliētes hoiēʒ
vidētes latrunculos ꝓiecerūt cadauer in
ſepulcro Elyſei ꝙ cū tetigiſſet oſſa Elyſei
reuixit ꝛ ſtetit ſuper pedes ſuos. ¶ Xp̄s
igitˀ ꝓpoꝛtionalr̄ in nouo teſtō tres alios
moꝛtuos reſuſcitauit.ſ.puellā filiā archiſy
nagogi in domo inſtar pueri in cenaculo
reddito mr̄i viuo.de quo dr̄ Mat.9.Re
ſuſcitauit etiā adoleſcentem filiū mr̄is vi
due in poꝛta ciuitatis inſtar adoleſcentis
redditi mr̄i in domo inferioꝛi . de quo h̄
Luc.7.Reſuſcitauit etiā Lazaꝝ i etate vi
rili in ſepulcro inſtar illiꝰ viri q ſuſcitatꝰ
fuit in Elyſei ſepulcro de quo Jo.ij.Scien
dū eſt igitˀ ꝙ ꝑ iſtos tres moꝛtuos reſuſci
tatos a xp̄o intelligi poſſunt tria genera
hoium moꝛtuoꝝ ſpūalr̄ quos xp̄s reſuſci
tat ſi volūt ad ip̄m ꝯuerti.Ubi ſciendū ꝙ
aliqñ hō peccat ꝑ affectū: ꝛ ſic ſpūalr̄ mo
ritur ꝑ conſenſum interioꝛē.Aliquando ꝑ
effectum exterioꝛem.Aliquādo per conti
nuationem.Jlli qui peccant per conſenſuʒ
interioꝛem ſignificantˀ ꝑ puellam in domo
moꝛtuā.Qui ꝑ effectū exterioꝛē : ꝑ adole
ſcentē in poꝛta ciuitatiſ.Qui vero ꝑ vſum:
ꝑ Lazaꝝ fetidū in monumēto ꝛ quatridua
num.Sicut autē xp̄s ſuſcitauit illos tres
moꝛtuos coꝛpoꝛalr̄:ita ſuſcitarˀ poteſt om
nes ſpūaliter.iuxta illud Ebꝛe.ij.A moꝛtu
is ſuſcitare potens eſt deus. ¶ Sciendū

etiā ꝙ qꝛ homo ꝓpter pcc̄m hʒ nām coꝛru
ptam magis ad malū q̄ʒ ad bonum:iuxta
ꝙ dixit dn̄s Noe.gen̄.8.ſenſus eniʒ ꝛ co
gitatio humāi coꝛdis ꝓna ſunt ad maluʒ
ab adoleſcētia ſua:lʒ poſt pcc̄m reſurgat
a peccato:tm̄ ſm ꝙ hō plus peccauit ſm
h̄ in ip̄o remanet maioꝛ inclinatio ad pec
candū. ꝛ hoc eſt ꝙ xp̄s in nuit iſtos tres
moꝛtuos ſuſcitādo.Nā de puella moꝛtua
q̄ ſignificat pcc̄m ꝑ ꝯſenſū indebitū:dr̄ ſur
rexiſſe:qꝛ q a pccō ꝯſēſus ſolūmō ſuſcita
tur nō remāet in eo tanta inclinatio :quā
ta ſi ope ꝯmiſiſſʒ.¶ De adoleſcēte āt moꝛ
tuo q ſignificat pccōꝛē moꝛtuū ꝑ opꝰ illici
tū:dr̄ ꝙ reſedit.qꝛ ſicˀ ille q ſedet ē magiſ
curuatꝰ ad terrā:q̄ʒ q ſtat erectꝰ:ſic hō q
peccauit ope:magiſ q̄ʒ q ſolo ꝯſēſu.¶ De
Lazaro moꝛtuo q ſignificat pccōꝛē moꝛtu
um ꝑ vſū dr̄ ꝙ ꝓdijs ligatꝰ manꝰ ꝛ pedes
ꝛ ꝙ facies eiꝰ ſudario erat ligata.qꝛ ſicˀ il
le q hʒ manꝰ ligatas n̄ p̄t liberˀ opari: ꝛ q
hʒ pedes ligatos:nō pōt expedite icederˀ
nec q hʒ faciē vellatā p̄t clare viderˀ ſic i
pccōꝛe peccāte ex ꝯſuetudine remāet etiā
pꝰ reſuſcitatōem a cl'pa difficultas ad be
ne opandū:ꝙ ſignificatˀ ꝑ manꝰ ligatas.ad
meritoꝛie diligēdū ꝙ deſignatur ꝑ pedes
ligatos.Ad clare contemplandū: ꝙ ſigni
ficatur per faciem velatam.Unde de tali
bus dr̄ eccl'aſtici.23.Homo aſſuetus i ver
bis ipꝛoperij:i oibus diebus ſuis non eru
dietur. Quinta pars.

Equitˀ.Accepit auteʒ oēs timoꝛ
ꝛc.Ubi tangit celebꝛitatē extol
lentem iocūdius.ꝙ ꝓbat ppl'i le
ticia generalis.Ubi ſciēdum ꝙ de natu
ra alicuius inſoliti eſt ꝙ vidẽtes i admi
rationem inducat:ꝛ ſi res bona debet de
um laudare. Secūduʒ h̄ igitur in ꝑte iſta
q̄ttuoꝛ poſſumus ꝯſiderare .ſ.
Prātis admirationem .
Maieſtatis ꝯmendationem.
Dignitatiſ expꝛeſſionem .
Pietatis dignationem.



¶ Quantum ad pm̄ dicit. Accepit auteʒ
oēs timoꝛ.Ubi ſciendūʒ ꝙ hoies vidẽtes
rem tam inſolitam.ſ. adoleſcentē ad vbū
xp̄i reſuſcitatum multum admirati fuerˀt
vt de ipſis dicatur illud p̄s. Timebūt gē
tes nomen tuum dn̄e.¶ Qm̄ ad 2m̄ dicˀ .
Et magnificabant d̄um . Ubi ſciēdū ꝙ cō
ueniens eſt vt qñ aliquis facit aliq̄ gran
dia:ꝙ ſibi laus attribuatˀ ꝛ gloꝛia ꝛ a vi
dentibus cōmendetur:qꝛ igitˀ xp̄s fecˀ taʒ
ſtupende miraculum : merito debuit ma
gnifice cōmendari.ad qō inuitat nos p̄s.
O.Magnificat dominum mecuʒ ꝛ exalte
mus nomens eius in idipſum . Et eccl'ci
43.Benedicentes dn̄m exaltate illū qm̄
poteſtis:maioꝛ eſt omni laude ꝛ quis ma
gnificabit eum ſicut eſt ab initio .q.d. nō
poteſt ab hominibꝰ explicari.¶ Qm̄ ad
dignitatiſ expꝛeſſionem dicˀ. ꝓph̄a magnꝰ
ſurrexit in nobis.Ubi ſciendum ꝙ i duo
bus expꝛimitur dignitas xp̄i.p̄ qm̄ ad co
gnitiōis claritatē.qꝛ ꝓph̄a. 2° qm̄ ad opa
tōis ꝑtātē: qꝛ magnꝰ.vt ſic fuerit yh̄s na
zarenꝰ qui fuit vir ꝓph̄a potēs ope ꝛ ſer
mōe coꝛā deo ꝛ oi ppl'o.Lucˀ.24.Ut ſic me
rito poſſit ſibi dici illō p̄s. Magnꝰ es tu
ꝛ faciens mirabilia:tu es deꝰ ſolꝰ.¶ Qm̄
ad pietatiſ dignatōem dicˀ .Et qꝛ deꝰ viſita
uit plebē ſuā . Ubi ſciē .ꝙ magna pietas
ꝛ mīa fuit ꝙ dei filiꝰ voluit genꝰ hūanum
viſitare ꝑſonalr̄ cum hoibus ꝯuerſando:
vt in hoc oñdantˀ viſcera miſericoꝛdie dei
nr̄i in quibus viſitauit nos oꝛiēs ex alto.
Lucˀ.1.Nam ipſe p̄dixerat Exo.3.Uiſitās
viſitaui vos ꝛ vidi oia que accederunt in
egypto ꝛ dixi vt educam vos de afflictōe
egypti ꝛ ad terram fluentē lacte ꝛ melle.
Uiſitauit nos ꝛ eduxit de tenebꝛis pecca
toꝛū vt educat ad terrā de qua dicit.p̄s.
Poꝛtio mea domine ſit in terra viuētiū.
Ad q̄ʒ terram ꝛc.

¶ Dominica.xvi.poſt pentecoſtē. Euan
gelium 57.

C
Um intraret yh̄s in domū
cuiuſdam p̄ncipis ph̄eoꝛuʒ
ſabbato manducare panē ꝛ
ipſi obſ̄uabant eū ꝛc.Luc .
14.Sicˀ nos videmꝰ in iſtis
coꝛpoꝛalibus ꝙ infirmitates a bono medi
co curantur ꝑ ſua oppoſita: vt ſi ſit ifirmi
tas cāta ꝑꝑ frigus curatur ꝑ remedia ca
lida ꝛ econuerſo.Sic ſuo modo eſt i ſpūa
libus ꝙ infirmitas ſpūal' q̄ cātur ꝑ aliꝙ
viciū dʒ curari ꝑ virtutē ſibi oppoſitam .
quē modū xp̄s nr̄ ꝑfectiſſimꝰ medicus te
nuit ꝛ nos docuit obſeruandū . iuxta illō
Grego.in q̄dā ol'.qui ait.ſicˀ arte medicie
calida frigidis ꝛ frigida calidis curātur
ita dn̄s nr̄ ꝯꝛia oppoſuit medicamēta pccisˀ
vt lubꝛicis ꝯtinentiā:tenacibus largitatē
iracondis māſuetudinē: elatis p̄ciperet
humilitatē.¶ Sciendū eſt aūt ꝙ in p̄mis
parentibus nr̄is generalr̄ loquendo fuit
triplex pcc̄m ad ꝙ ſecutus fuit inter alia
vnus defectus maximus.ſ.ignoꝛātia itel
lectum obſcurās.Nam p̄mi parentes pec
cauerūt pccō gule d̄ fructu ligni vetiti co
medendo.pccō auaritie inoꝛdinate ſciam
appetendo:volentes ſcire bonū ꝛ malum
qꝛ auaritia nō ſolum eſt d̄ rebus tpalibꝰ:
ſed ēt ſpūalibus.peccato ēt ſuperbie ſe in
debite extollendo:qꝛ voluerūt eſſe ſicˀ dij.
¶ Ad iſtam āt pꝛeuaricatōem cōſecutꝰ
fuit d̄fcūs ignoꝛātie in cognoſcēdo: vt iu
xta illō Eph̄.4.Sint i tenebꝛis obſcuratū
hn̄tes itll'c̄m alienati a via dei ꝑ ignoꝛan
tiaʒ q̄ eſt in ill' ꝑꝑ cecitatē coꝛdis eoꝛum .
¶ Xp̄s igitˀ vt ꝑfectus ꝛ pius pr̄ ꝛ medi
cus genꝰ humanū curauit ꝛ curatū oñdit
a ſupꝛadictis ꝑ coꝝ oppoſita in euāgelio
hodierno.Nā curā pcci gule oñdit ꝑ tēpe
rantiā in panis manducatiōe.Pcci auari
tie:in ydropici curatione.ſupbie : i loci di
ſpoſitione.ſeq̄ntis ignoꝛantie:in obſerua
tione ſabbati explicatione.ſm h̄ igitˀ in h̄
euangelio btūs Luc. q̄ttuoꝛ tangit. ſ.
Exēplū ſobꝛietatis in vtendis.

Actū poteſtatis in' opērandis.
Intellectū veritatis in obſeruandis.
Documentū humilitatis in appetendis.
¶ Primū ꝓbat cib⁹ tēpat⁹.2ᵐ infirmus liberat⁹.3ᵐ ſenſus declarandus.4ᵐ ſitus demōſtratus.1ᵐ in pͥn⁹.2ᵐ ibi. Et ecce hō qdā ꝛc.3ᵐ ibi. Et rn̄dens ad illos ꝛc. 4ᵐ ibi. Dicebat aūt ad inuitatos ꝛc.

Prima pars.

Quantū ad primū .ſ. exēplū ſobrietatꝫ ꝙ ꝓbat ꝛc. dic̄. Cū intraret yh̄s ꝛc. Ubi ſciendū ꝙ ī h̄ ꝙ xp̄s dr̄ ſi mādućare panem: non carnes q̄z uis noīe panis in ſcriptura intelligaᷣ oīs cib⁹ licitus: daᷣ intelligi ei⁹ tēpantia in victu. In domo aūt pħei vt inuidi ip̄m obſeruarent. ſm̄ h̄ igiᷣ in p̄te iſta tria poſſumus conſiderare .ſ.
Xp̄i benignitatē gratioſam.
Ipſius ſobrietatē virtuoſam.
Phariſeoꝝ malignitatē inuidioſam.
¶ Quantū ad pͥmū dic̄. Cū intraret yh̄s ꝛc. Ubi ſciendū ꝙ magna benignitas erat xp̄i ꝙ ſic oſtenderet ſe familiarē pħeis q̄s tam ſciebat ſibi inſidiari. Nam ſm̄ Titū. Volēs eos ad viā vitaꝫ inducere: ad eos aliq̄n familiariᷣ decliabat. ¶ Qᵐ ad 2ᵐ dic̄ manducare panē. Ubi ſciendū ꝙ lꝫ in ſcriptura vt dcm̄ ē accipiaᷣ panis ꝓ oi cibo tn̄ intelligi p̄t tēpantia xp̄i p q̄z pcc̄m gule deſtruxit. vt ſic dicaᷣ d̄ ipſo illō Iſa. 33. Panis ei dat⁹ ē aq̄ eius fideles ſunt. ¶ Quantū ad 3ᵐ dic̄. Et ipſi obſuabant eū. Ubi ſciēdū ꝙ pħci oſtendētes ſe zelatores obſeruatiōis legis: inſidiabanᷣ xp̄o ſi faceret aliquid cōtra pͥcepta legis: ꝛ qꝛ lex erat de obſeruantia ſabbi: inſidiabanᷣ ſi xp̄s aliqd faceret in ſabbo ſcd̄m Cirillū. ex q̄ ip̄ꝫ repͥhēdere poſſent. ¶ Sciēdum ē aūt circa p̄tem iſtam loquēdo moraliter ꝙ p iſtū pħeum q interpͥtaᷣ diuiſus intelli pōt peccatoꝛ qui dr̄ pp peccatū diuiſus a deo. iuxta illud Iſ. 59. Iniquitates vr̄e diuiſerūt inter vos ꝛ deum nr̄m: ꝛ peccata vr̄a abſcōderunt faciēꝫ ei⁹ a vob̄ ne exaudiret. Unō dixit xp̄s diſcipulis Mat. 5. Niſi habūdauerit iuſticia veſtra pluſq̄z ſcribaꝝ: ꝛ pħeoꝝ non intrabitis in regnū celoꝛum. ¶ Per domum aūt iſti⁹ pħei q̄z Chriſtus intrauit: intelligi pōt anima peccatoꝛis q̄z tunc xp̄s intrat: quando dat ſibi grāꝫ vt dimiſſis peccatis ad veram penitētiam cōuertantur ad q̄z intrandaꝫ ſollicitat xp̄s peccatoꝛeꝫ d. apoc. 3. Ecce ſto ad hoſtiū ꝛ pulſo ſi qs audierit vocē meam ꝛ aperuerit ianuam intrabo ad illum ꝛ cenabo cum illo ꝛ ip̄e mec̄. Nam quando xp̄s ex ſua benignitate pulſanti ꝛ inducēti ad penitentiam hō aperit anime ſue ianuaꝫ per ꝯſenſum. tūc intrat ad ipſum per grām vt tandem intret ad xp̄m per gloꝛiam. ¶ Iſta aūt domus q̄z xp̄us intrat per grām figuratur per domuꝫ de qua dicitur ꝓuer. 9. Sapiētia hedificauit ſibi domū excidit colūnas ſeptem. ¶ Ubi ſciendū ꝙ per iſtaꝫ ſapiētiaꝫ intellr̄ xp̄s cui appꝛopꝛiaᷣ in diuinis ſapientia iuxta illud .i. coꝛ. i. Nos pͥdicam⁹ xp̄ꝫ d̄i virtutē ꝛ d̄i ſapientiā. ¶ Per domū aūt quē hedificat intellr̄ vt dictū ē aīa peccatoꝛis. vt ſic dicaᷣ de ipſa illō zach. 12. Erit dom⁹ dd̄ quaſi d̄i. Re uera q̄n peccatoꝛ ꝯuerſus fact⁹ eſt dd̄: qꝛ decoꝛus aſpectu p grām ꝛ manu foꝛtis p virtuoſa opa. tc̄ aīa ei⁹ efficiᷣ dom⁹ dei. ¶ Per ſeptem aūt colūnas qbus ſuſtentaᷣ domus material' intelli p̄t ſeptenari⁹ virtutuꝫ ꝯ̄ri⁹ ſeptenario vitioꝝ q̄s xp̄s excidit ꝛ ponit ī aīa vt eis firmiter ſuſtēteᷣ. Ubi ſciēdū ꝙ xp̄s in aīa hoīs cōuerſi p° excidit virtutē hūilitatis ꝯ̄ ſupbiā. ꝛ p° ſupbiā diſuadēdo. d. tob. 4. Fili mi ſupbiā nunq̄z in tuo ſenſu aut ī tuo v̄bo dn̄ari pmittas: in ip̄a eniꝫ initiū ſumpſit oīs pditio. 2° hūilitatē ſuadēdo. d. Mat. xj. Diſcite a me qꝛ mitis ſuꝫ ꝛ hūil' cordē ꝛ inuēietis regē aīab⁹ vr̄is. ¶ Quid āt ſit hūilitas audi Bernardū de .13. gradib⁹ hūilitatꝫ. d. Humilitas ē virt⁹ q̄ hō v̄iſſima ſui cognitiōe ſibi metipſi vileſcit. ¶ Qᵐ bonū ſit: audi Caſſ. ſup illud p̄s. hūiliatus ſuꝫ vſq̄z ī ſinē. d. Per hūilitatē fideles ſup regna ꝓficiūt: p hāc ſupbia tyrānica ſupatur p hāc ī eternū mr̄es coꝛonanᷣ: nec pōt dici pfectus q hac virtute ē pͥuat⁹. ¶ 2° excidit virtutē caritatꝫ ꝯ̄ inuidiā: p° inuidiā diſuadendo. d. 2. pe. 2. Deponētes oēm maliciā ꝛ oēm dolū ꝛ ſil'atiōes ꝛ inuidias ꝛ oēs d̄tractoꝛes: ſic mō gēiti īfantes ratōabl'e lac ꝯcupiſcite. 2° dil'ctōeꝫ p̄cipiēdo. d. Io. 15. Hoc ē p̄ceptū meū vt diligatis inuicē ſic dilexi vos. ¶ Quid āt ſit dil'ctō. audi Caſſ. ſup cant̄. d. Nō abduci blanditijs: nec ſeduci fallatijs: nec iniurijs frangi: to to coꝛde: tota anima: tota virtute diligere eſt. ¶ Qᵐ ēt bonū ſit dilectō audi Augu. ſuper illud Io. In hoc māifeſti ſunt filij dei ꝛ filij dyaboli. d. Sola dilectō īter filios dei ꝛ filios dyaboli diſcernit: ſignēt ſe oēs ſigno crucis. rn̄deāt oēs amē. cantent oēs al'. baptizenᷣ oēs intrēt eccl'as: īpleant lachꝛimis parietes baſilicarum: non diſcernimini filij dei a filijs dyaboli niſi caritate: q habēt caritatē ſunt ex d̄o magnū īdiciū: magna diſcretio: qcq̄d vis hē. hanc ſolū nō hēas nihil tibi ꝓdeſt: alia ſi non hēas: ſi hē. ꝛ legē impleſti.
¶ Tertio excidit virtutem paciētie ꝯtra iram: ꝛ h̄ p̄ irā diſſuadēdo. d. eccl'aſtes. 7. Ne velox ſis ad iraſcendum: qꝛ ira ī ſinu ſtulti requieſcit. 2° paciam ꝯmēdando. d. Luc̄. 21. In paciētia vr̄a poſſidebitꝫ aīas vr̄as. ¶ Quid āt ſit paciētia audi Greg. ſup illō. Cum audieritꝫ pͥelia ꝛc. d. Paciētia ē aliēa mala equanimiter ppeti: cōtra eū quoq̄z q mala irrogat nullo doloꝛ moꝛderi. ¶ 4° excidit virtutē foꝛtitudinis ꝯ̄ accidiā. p̄ accidiā diſſuadēdo. d. d̄uteꝛo. 8. Obſerua ꝛ caue ne q̄n obliuiſcariſ nomē d̄i tui: ꝛ negligas mādata ei⁹ atq̄z iudicia. 2° foꝛtitudinē ſuadēdo. d. 3. Re. 3. Cōfoꝛtare ꝛ eſto vir foꝛtꝫ ꝛ obſuas cuſtodias d̄i tui vt ābules ī vijs ei⁹. ¶ Qui āt ſit audi Tuliū in rethoꝛica ſua. d. Foꝛtitudo eſt inᷣ aduerſa gl'oſa aī foꝛtitudo: res arduas pulchꝛe admiſtrās: q̄ ī aduerſis nō frangiᷣ: nec in ꝓſpis blādiēdo eleuaᷣ. ¶ Qᵐ āt bonū ſit audi Ambꝛo. li. p̄ ō officijs. d. Nō mediocris aī v̄tus ē foꝛtitudo q̄ ſola d̄fendit oꝛnamēta v̄tutū oīuꝫ ꝛ iuſticiā c̄uſtodit: ꝛ iexpiabili ꝓlio aduerſus oīa vicia d̄certat iuicta ad laboꝛes foꝛtis ad picula: rigidioꝛ aduerſus voluptates. ¶ 5° excidit v̄tutē largitatꝫ ꝯ̄ auaritiā. p̄ auaritiā diſſuadēdo. d. Luc̄. 12. Uidete ꝛ cauete ab oī auaritia: qꝛ nō ī habūdātia cuiuſq̄z vita ei⁹ ē ex his q̄ poſſidet. 2° liberalitatē docēdo. d. Luc̄. 6. Date ꝛ dabitur vob̄. ¶ Quid āt ſit. audi Aug. d̄ diffinitōib⁹. d. Liberelitas ē mot⁹ qdā aī: faciēs ꝛ appꝛobās lib̄as largitōes ſine ſpe retributōis. ¶ 6° excidit virtutē abſtinētie ꝯ̄ gulā: p̄ viciū gule diſſuadēdo. d. Luc̄ 21. Attēdite āt vob̄ ne foꝛte grauēᷣ coꝛda vr̄a ī crapula ꝛ ebꝛietate hui⁹ vite ꝛ ſ̄ruēiat ī vos repētina dies illa. 2° ſobꝛietatem ſuadēdo. d. 1. thy. 4. Tu v̄o vigila ī oib⁹ laboꝛa: op⁹ fac euanᷓ: miſteriū tuū iple: ſobꝛi⁹ eſto. ¶ Qᵐ bonū ſit audi Gre. d. De abſtinētia ꝓdeūt caſte generatōes: rōnabiles volūtates: ſalubꝛia ꝯſilia ꝛ ꝓuolūtaria caro ꝯcupiſcētijs moꝛiᷣ ꝛ v̄tutib⁹ ſp̄s innouaᷣ. ¶ 7° excidit v̄tutē caſtitatꝫ ꝯ̄ luxuriā. p̄ luxuriā diſſuadēdo. d. 1. coꝛ. 6. Fugite foꝛnicatōeꝫ oē pcc̄m q̄cunq̄z fecerit hō extra coꝛp⁹ ē: q āt foꝛnicaᷣ ī coꝛp⁹ ſuū peccat. 2° caſtitatē ſuadēdo. d. Luc̄. 12. Sit lūbi v̄ri p̄cincti. Ubi Gre. Lūbos ei p̄cingim⁹ cū carniſ luxuriā p ꝯtinētiā coartam⁹. ¶ Quid āt ſit audi Aug. d̄ diffinitiōib⁹ d. Caſtitas ē virt⁹ ſb̄ iugo rōīs ipetuꝫ libidinis refrenās. ¶ Qᵐ āt bonū ſit audi Ciprianū de. 12. abuſionib⁹. d. Pudicitia ē oꝛnamentū nobiliū: exaltatō humiliū: viliū pulchꝛitudo: ſolatū merētiū: augumētū oīs pulchꝛitudinis: decus religionis:

minoratio criminũ:multiplicatio merito
rũ:creatoris diuꝫ dĩ amica. ¶ Iſte ſepte
narius virtutũ fuit nob̃ figuratꝰ p ſepté
filias ietᵒ.de qbꝰ ſinialr dr̃.exo.2.ꝙ ietᵒ
hũit ſepté filias cuſtodiétes gregé:q̃ cuꝫ
vellét adaquare gregeꝫ ⁊ ꝓhiberent ab
alijs paſtoribꝰ madianitidis regióis:ſup
ueniés Moy.defendit puellas:⁊ ipis de
fenſis adaq̃uit gregé. ¶ Ubi ſciendũ ꝙ
p ietᵒ q iterpretat honor dñi:ſiue ſupflui
tas gr̃e:intelligi põt deꝰ pr̃:cui principa
liter honor ðbet,iuxta illõ.i.thy.1.Regi
ſeculoꝝ imor.⁊inui.ſoli deo honor ⁊ gl'a
in ſecula ſe.Amé. A quo ẽ hñdantia gr̃a
rũ.iuxta illud eph.2.Deꝰ oñdit in ſeculis
ſupuenientibꝰ hñdantes diuitias gr̃e ſue
in bonitate ſup nos,in xp̃o yh̃u. ¶ Per
ſeptem aũt filias ietᵒ intelligunt.ſeptem
virtutes ꝑdicte:q̃ iõ filie dĩ dicũt q: ipas
habétes efficiunt filij dei. ¶ Per gregé
ãt qué paſcũt ⁊ adaq̃nt iſte:itell'i p̃t grex
potentiaꝝ ⁊ iñ q̃ ſunt in hoie: q̃s iſte vir
tutes debent ſuo mõ reficere:q: aᵒ mõ in
tellectiuas:aᵒ mõ ſenſitiuas:oẽs ãt quaſi
vnũ gregé.iuxta illud.i.petri.5.Paſcite
q ẽ in uob̃ gregé dĩ. ¶ Sꝫ tñ aduerte ꝙ
multociés accidit ꝙ cuꝫ iſte virtutes vo
lũt adaq̃re gregé potẽtiaꝝ:obuiãt ſibi pa
ſtores madiãite ipas ipediétes.Ubi ſcié
dũ ꝙ p iſtos paſtores q interp̃tat iniqui
intelligunt vitia q̃ ſepté ſupradictiꝫ virtu
tibꝰ opponunt ⁊ impediũt ne reficiãt gre
gé ſuũ.ꝙ cognoſcés beatꝰ Iac.i canc.ſua
4ᵒ dic.Uñ bella ⁊ lites in vob̃:nõne ex ꝯ
cupiſcẽtijs vr̃is q̃ militãt i mébris vr̃is.
¶ Lꝫ ãt hõ ſic impugnet:tñ ſi ſit fragil'ꝯ
fortat q: ſeqt ꝙ Moy. ðfenſauit puellas
⁊ adaq̃uit gregé.Ubi ſciédũ ꝙ p Moy.
eductoré ppl'i iſrl'itici ð egypto itell'r xp̃ſ
q genus hũanũ eduxit ð tenebris pccõꝝ.
Iſte igit vidés in hoie pugnã tã validã:
adiuuat ad dimicãdũ ꝯ vitia ⁊ ſic r̃fic gre
gé ꝙ cognoſcens apl's dic.i.cor.10.Fidel'
ãt ðs eſt q ñ patietur vos temptari ſ̃ id

ꝙ põtis:ſꝫ faciet cũ temptatõe etiã ꝓuen
tũ vt poſſitis ſuſtinere. Scõa ps.
Sequit.Et ecce hõ quidã ydropi
cꝰ ⁊c.Ubi tangit actũ p̃tãtis in
opandis:ꝙ ꝓbat infirmꝰ libera
tꝰ.Ubi ſciendũ ꝙ actꝰ magne p̃tãtis fuit
qñ ydropicũ ita ſubito ſanitati reſtituit:
cuiꝰ tñ cure:q: tc̃ erat dies ſabb̃i qué ob
ſeruabãt iudei ꝓbando q̃rit ab eis ſi die
illa licitũ ſit curare:vt ex h̃ magnaꝫ hẽat
obſeruatõeꝫ ſabb̃i declarãdi.ſꝫ h̃ igit in p
te iſta q̃ttuor poſſumꝰ ꝯſiderare.ſ.
Calamitateꝫ infirmantis.
Sagacitatem inquirentis.
Malignitatem ſimulantis.
Uirtuoſitatem liberantis.
¶ Quãtũ ad pᵐ dicit.Et ecce homo ⁊c.
Ubi ſciendum ꝙ iſte infirmꝰ cognoſcens
virtuteꝫ in medico:corã ipſo ſtabat expe
ctãs eiꝰ miaꝫ ſanatiuã. ¶ Qᵐ ad 2ᵐ dic.
Et rñdens yh̃s ⁊c.Ubi ſciendũ ꝙ rñſio
ð q̃ hic dr̃.⁊ rñdens yh̃s ⁊c.dꝫ referri ad
illõ ꝙ dcm̃ fuit ſupiꝰ ꝙ ipi obſuabãt eũ.
ſcõm Bedã. ¶ Interrogat aũt eos ſcõm
Cirillũ.vt ex eiꝰ interrogatõe cõfundat
phẽoꝝ malitiã. ¶ Qᵐ ad 3ᵐ dic.At illi
tacuert.Ubi ſciendũ ꝙ phẽi audita inter
rogõne xp̃i vtꝝ licẽt curari ſabb̃o:fuert p
plexi qd rñdere ðberét:q: ſi ſic ſe ipos red
ðbãt culpabiles obſuãdo.ſi ñ accuſabãt faci
étes oppoᵐ dũ aialia bruta i picul' exñtia
ẽt ſabbato liberabãt:⁊ iõ tãq̃ꝫ vĩuti elege
rũt tacer. ¶ Qᵐ ad 4ᵐ iſtoꝝ dic. Ipe vo
apphẽſũ ſanauit eũ ac dimiſit.Ubi ſcié.ꝙ
xp̃s vt piꝰ vidés ãte ſe ſtãté ydropicũ: co
gnoſcés eiꝰ affcm̃ vt ſanaret lꝫ ñ auderet
metu phẽoꝝ pp dié ſabb̃i v̄bis exp̃mer ñ
curãs ſꝫ Ciril.de phẽoꝝ iſidijs ſibi ꝯtulit
bñficiũ ſãitatiſ. ¶ Scié.ẽ ẽt ſꝫ Tho.ꝙ xp̃ſ
i h̃ ꝙ ñ curãdo ð turbõne phẽoꝝ ydropicũ
ſanat:dat nb̃ itlligere ꝙ cũ ex aliq̃ fcõ nr̃o
ꝓuẽit aliq̃ magᵃ vtilitas ñ ðbemꝰ illõ ob
mittẽ:lꝫ aliq maliuoli ꝯtbẽt . vñ dr̃ mat.
15.ꝙ cũ ſemel rep̃hẽdiſſꝫ phẽos ⁊ diſcipli



dicerent ſibi.Scis q: phariſei audito hoc
verbo ſcãdalizati ſunt.Rñdit ſinite eos ce
ci ſunt ⁊ duces cecoꝝ. ¶ Sciendũ ẽ auté
circa iſtã p̃té principalé ꝙ p iſtũ ydropicũ
itell'r pccõr qlibꝫ cuius cã/ q: ydropeſis ẽ
infirmitas q̃ cãtur i hoie pp defectũ calo
ris natural' digerẽtis in epate ex q̃ ſit ꝙ
humores veniũt ad p̃tes exteriores ⁊ in
ter capiũtur iter carné ⁊ cuté.Uñ dr̃ ydro
peſis ab ydrõ ꝙ ẽ aqua:⁊ pꝰ ꝙ ẽ hũor:q̃ſi
humor aqueꝰ. ex q̃ infirmitate ſeqtur tu
mor exteriꝰ ſitis interiꝰ:hanelitꝰ fetidꝰ:⁊
multa alia accidẽtia mala. Sic ſpũal'r lo
quendo hõ qñ caret amore diuino efficit
ydropicus ⁊ fetidus. Unde ſciendũ ꝙ in
ydropico ſepté poſſumus ꝯſiderare per q̃
poſſunt intelligi 7ᵐ vitia capitalia oppo
ſita.7.v̄tutibꝰ dcis in p̃te precedenti.ſ.
Tumoré inflãté ſignificatiuũ ſupbie.
Fetoré inficienté:ſignificatiuũ inuidie.
Paloré ðcolorãté ſignificatiuũ iracõdie.
Torporé deprimẽté:ſignificatiuũ accidie.
Ardoré ꝯſumenté ſignificatiuũ auaritie.
Liquoré habũdanté ſignificatiuũ igluuie.
Humoré defluẽté ſignificatiuũ luxurie.
¶ Prio dico ꝙ i ydropico ꝯſidero tumo
rem inflanté ſignificatiuũ ſupbie q̃ꝫ hõ hꝫ
in corde dũ.ſ.non vl't obedire dis mãdatiſ.
Nõ aduertentes tumidi ſuperbi ꝙ iuxta
illud eccleſiaſtici.4.Odibilis eſt corã deo
⁊ hominibus ſupbia.pp ꝙ rep̃hẽditur
Iob.15.vbi dicit.Quid tumet ꝯtra deum
ſpũs tuus.q.d.nec tumere deberemus ſꝫ
humiliari conſiderãdo penã que debetur
ſupbis.de qua Deutero.17.Qui auté ſup
bierit nolens obedire ſacerdotiſ ipio q eo
tp̃e miniſtrat dño deo tuo ⁊ decreto iudi
cis:morietur hõ ille ⁊ auferes malũ de iſrl':
ꝯcuſq; ppl's audiens timebit vt nullꝰ de
inceps tumeſcat ſupbia.Quid ãt ſit audi
Hug .libro de anima.d. Superbia ẽ ella
tio vicioſa: q̃ inferiores deſpiciens ſupe
rioribus ⁊ paribus ſatagit dominari.
¶ Que ipſam foueant audi Hugo. de

clauſtro anime libro.1.di.Quattuor enim
ſunt que trahunt currum ellationis.ſ.
amor dominãdi amor proprie laudis:con
temptus ⁊ inobediẽtia. ¶ Quantũ malũ
ſit audi Caſſio.ſuper ps.14.d. Superbia
de angelo dyaᵐ fec:⁊ homini mortem in
tulit ⁊ ꝯceſſã beatitudine vacuauit:malo
ruꝫ omniũ mr̃:ſcelerũ fons:vena neq̃tie.
¶ 2ᵒ in ydropico cõſidero fetoré inficien
té ſignificatiuũ inuidie q̃ꝫ homo hꝫ in cor
de.Nam iuxta illud ꝓuer.14.Putredo
oſſiũ inuidia.Nõ tñ aduertũt iſti miſeri
ꝙ dr̃ Iob.5.Paruulũ occidit inuidia.Il
le puulus dicit q inſtar pulli non hꝫ ſcien
tiam ⁊ talé occidit inuidia. ¶ Qᵐ auteꝫ
malum ſit audi Alanᵐ.de planctu natur̃
d.Inuidia qd mõſtruoſius: monſtrũ qd
dãpnoſius:dãnum q̃ culpabilior culpa:q̃
penalior pena: h̃ ẽ erronee cecitatis abiſ
ſus:hũane mentis infernus: cõtentionis
ſtimulus corrixatiõis aculeꝰ. ¶ 3ᵒ i ydro
pico cõſidero palorem decolorãtem ſigni
ficatiuũ iracũdie.Nam cũ ira ſcõm phm
ſit aſcẽſus ſanguinis circa cor: ex h̃ acci
dit vt ſanguis relinquat p̃tes exteriores
⁊ ſic hõ vertit i pallorem.Uñ eccl'i.25.Ne
quitia mulieris imutat faciem ſuã.Non
aduertẽtes iſti miſeri illud Iob.5.Uiruꝫ
ſtultũ iterfec iracũdia. ¶ Quid ãt ſit ira
audi Hugᵐ .d.Ira ẽ ſubita animi tempe
ſtas q dum inordinate ſe ꝯcutit cor hois
ad inſaniã ꝓtrahit. ¶ Quantũ malũ ſit
audi Greg.5ᵉ mor'.d.Quanta ſit iracun
die culpa penſare poſſumꝰ p q̃ꝫ pacientia
ꝑditur:vt qd:quo ve ordine ſit agendum
aio neſciat:quia nimirũ intelligẽtie luceꝫ
ita ſubtrahit cum vt mentem ꝓmouendo
confundat. ¶ Quarto in ydropico conſi
dero torporem deprimẽtem ſignificatiuũ
accidie p q̃ꝫ homo piger efficitur in ope
ribus virtuoſis.Non tñ aduertũt iſti mi
ſeri ꝙ dicitur ꝓuer.19.Qui negligit viaꝫ
ſuam mortificabit. ¶ Quid autem ſit au
di Bernardᵐ.d.Accidia eſt qdam ai tor

po: quo vis negligit aliqua bona inchoa
re:aut faſtidit pficere.¶ Q^m malum ſit:
audi leo^m papã in ſermone de apparitõe
d. Nõ dormiẽtibus puenit regnuꝫ celorũ
nec ocio ⁊ deſidia torpentibus beatitudo
eternitatis repromittiť.¶ 5° in ydropico
conſiderare poſſum⁹ ardorem cõſumentẽ
ſignificatiuũ auaricie. Nam ydropic⁹:q:
hũores diuertunť ad extrinſeca:⁊ p cõſe
quẽs ptes exteriores ſicce remanẽt ſemp
ſitit:⁊ q̃to pl's bibit tãto pl's ſitit:⁊ ſigni
ficat ardorẽ auaricie:q: auarus:nunq̃ꝫ ſa
tiať iuxta illud eccl'i.5. Auarus nõ iplebi
tur pecunia:cõparatus igiť q nunq̃ꝫ dicit
ſufficit pu̇er.30.¶ Non tñ miſeri aduer
tunt q̄ diciť pu̇er.15. Cõturbat domũ ſuã
qui ſectať auaritiã.i.aiaꝫ xp̄i domũ.¶ 6°
in ydropico cõſidero liquoreꝫ hũdatem
ſignificatiuũ ingluuie: quo hoies viuere
late volũt:faciẽtes ð corpore deũ ſuũ. De
quib⁹ apl's Phil'.3. Mlti ambulãt quos
ſepe dicebã vob:nũc auteꝫ ⁊ flẽs dico ini
micos crucis xp̄i:quorũ finis interitus:q̃
rum d's venter ẽ:⁊ gl'a in cõfuſione ipsorũ
qui terrena ſapiũt.¶ Q^m malum ſit:au
di Ambroxi^m in ſermõe de.xl^a.d. Fames
amica virginitatis ẽ inimica laxiuie:ſatu
ritas vero caſtitatẽ propigit : nutrix ille
cebrũ.¶ 7° in ydropico cõſidero hũoreꝫ
defluẽteꝫ ſignificatiuũ luxurie:p q̄ hoies
eneruanť.ð qbus Jac.5. Epl'ati eſtis ſup
terrã ⁊ in luxurijs enutriſtis corda vr̃a
nõ aduertẽtes miſeri illud amos.i. Diſp
dã inquit dñs habitatorẽ de cãpo ydoli:⁊
tenẽtem ſceptruꝫ de domo voluptatꝫ ⁊ lu
xurie.¶ Quid ſit audi Hug^m.d. Luxu
ria eſt imoderata carnis peculãtia dulce
venenũ importuna mors:pnitioſa potõ:que
humanũ corp⁹ debilitat:⁊ viril' animi ro
bur eneruat.¶ Q^m malũ ſit audi Gre.
i moral'.d. Ex quo ſel' menteꝫ alicui⁹ occu
pauerit:vix eũ bona deſideria cogitare p
mittit:ſunt enim viſcoſa deſideria:q: ex
ſuggõe oritur cogitatio:ex cogitatiõe af
fectio:ex affectiõe delectatio : ex delecta
tione cõſenſus:ex ꝯſenſu opera° ex opera
tione conſuetudo:ex cõſuetudine deſpera
tio:ex deſperatiõe peccati defenſio:ex de
fenſiõe gl'iatõ:ex gl'a^e dãnatio.¶ Iſte ſe
ptenari⁹ fuit nob figurat⁹ p illos.7.ſpi
tus neqſſimos:quos dyabol⁹ ſec̃ accip ad
tẽptandũ hoies de quib⁹ dr̃ Mat.12. Cũ
immũdus ſp̄s exierit ab hoie ⁊c.require
eua°. pte ¶ Sciendũ eſt ãt q̄ lꝫ
homo pp pccã efficiť ydropic⁹:tñ deſide
rãs curari ab infirmitate peccati dꝫ inſtar
hui⁹ ſtare añ deum ðð cũ p̃s. Dñe añ te
omne deſideriũ meũ ⁊ gemit⁹ me⁹ a te nõ
eſt abſcondit⁹. Ad q̄ ip̃e p̃s.nos admõet
d. Veite adorem⁹ ⁊ pcidam⁹ añ deũ plo
rem⁹ coram dño qui fec̃ nos q: ip̃e ẽ dñs
deus nr̃ ⁊c.¶ Si aũt peccator cuꝫ lachri
mis dictam miam poſtulauerit:inſtar h⁹
recipiet ſanitatẽ: Q: iuxta illud p̃s. Ip̃e
ẽ qui ſanat cõtritos corde ⁊ alligat cõtri
tiones eoꝝ.¶ Sꝫ aduerte ꝯueniẽtẽ mod
ſanãdi ydropic̃. Naꝫ dr̃ q̄ apprehẽdit eũ:
ſanauit ⁊ dimiſit. Ubi ſciendũ q̄ xp̄s pec
catorem. Apprehẽdit p gr̃aꝫ p̃ueiẽdo. Sa
nat ſibi gr̃am ꝯferendo. Dimittit:ſuo ar
bitrio relinquẽdo.¶ P° xp̄s peccatoreꝫ
apprehẽdit p gr̃aꝫ p̃ueniendo. Naꝫ lꝫ hõ
poſſit ex ſua fragl'itate cadere i pccm̃ nõ
tñ ex ſuis virib⁹ reſurgere.q̄ cognoſcẽs
Jer̃.pphã:dicebat trẽ.5. Cõuerte nos do
mine ad te ⁊ ꝯuertem⁹ i noua dies nr̃os
ſic̃ a p̃n°.¶ Sic ãt penitẽti:xp̄s auxiliũ
ñ denegat. Vñ Jb.42. Ego dñs vocaui te
ad iuſticiã ⁊ app̃hẽdi manũ tuã.ad iuſti
ciã.i.ad penitenti :⁊ manũ app̃hẽdit ſua
gr̃a p̃ueniẽdo.¶ Hõ igiť ſic app̃henſus
p̃t figuratiue dr̃ illð ezel'.8. Vidi ⁊ ecce
emiſſa ẽ ſilitudo man⁹ ⁊ app̃hẽdit me in
cincinio capitꝫ mei:⁊ eleuauit me ſp̄s inť
terrã ⁊ celũ:⁊ adduxit me i ier^m in viſiõe
ði.¶ Ubi ſciẽdũ q̄ p iſtã ſil'itudinẽ ma
n⁹ intell'i p̃t ði fili⁹ q ſil'is manui dr̃ q: ſic̃
mãu hoies opanť:ſic ð's pr̃ o^a opať p ip̃ꝫ:



q: Jo.i. Oia p ip̃ꝫ f̃cã ſunt. Iſta man⁹ ad
peccatorem mittiť:q: diuina gr̃a p̃uenit.
hanc petebat p̃s.d. Emitte manũ tuã ð al
to eripe me ⁊ libera me de aquis multꝫ ⁊
de mãu filioꝝ aliẽos. Hic app̃hendit pec
catorem in cincinio capitis:qui ẽ aliquis
globus capilloꝝ ſupeminẽs i capite. Ubi
ſciẽdũ q̄ p capillos qui nõ ſentiũt:intell'r
mors hois p q̃ꝫ ſenſum amittit ⁊ motũ.
p cinciniũ igitur hõ apprehendiť:qñ ſibi
ad mẽoriã reduciť q̄ ſit moriturus. Pro
pter q̄ cuilꝫ diciť eccl'i.19. Mẽor eſto q^m
mors nõ tardat. Sic ãt meditãdo eleuať
inter terrã ⁊ celũ.q: licet corporal'r ſit in
terra tñ terrena deſpic̃ : ⁊ eleuať ad cele
ſtia.¶ 2° xp̄s peccatorẽ ſanat ſibi gr̃am
cõferendo. Nam q: ablata culpa dat gr̃aꝫ
dr̃ ipſum ſanare:q̃ꝫ ſanitatem peccator dꝫ
petere.d.illð Je.17. Sana me dñe ⁊ ſana
bor: ſaluũ me fac ⁊ ſalu⁹ ero q^m lau⁹ mea
tu es. Vñ p̃s. Ego dixi dñe miſereř mei:
ſana animã q: peccaui tibi.¶ 3° xp̄s pec
catorem dimittit ſuo arbitrio relinquẽdo
Poſtq̃ꝫ xp̄s peccatorẽ app̃hendit ⁊ voca
uit ad pniam:gr̃a p̃ueniẽte ſanauit:gr̃a i
formãte:dimittit eum libero arbitrio ad
operãdum q̄ voluerit. Iſta dimiſſio pec
catoris cõuerſi fuit figurata Joſ.22. Ubi
ſentential'r dr̃:q̄ cũ poſt eductõem ð egy
pto rubẽite ⁊ gradite obediſſent Joſ.in
his q̃ precepat eis Moy.ꝯfortãs eos bñ
dixit eis Joſ.⁊ dimiſit eos.¶ Ubi ſcien
dum q̄ p rubẽitas ⁊ graditas obediẽtes
Moy.q eos eduxerat de egypto intell'i
poſſunt peccatores quos d's educ̃ de tene
bris pccõrũ:qb⁹ precip q̄ ſuẽt ei⁹ mãda
ta:qb⁹ ſeruãtib⁹:xp̄s ſignificat⁹ p Joſ.be
nedic̃ dimittẽdo illos ſuo arbitrio vt dei
ceps nec ad bonũ nec ad malũ cogant.

Tertia pars.

Equiť. Et reſpõdẽs ad illos ⁊c.
ð Ubi tangit intellectũ veritatis
in obſeruãdis.q̄ probat ſenſus
declaratus. Ubi ſciendũ q̄ ſignũ benigni
tatis ẽ in doctore:q̄ lꝫ videat diſcipulos
negligẽtes ad adiſcenð nõ tñ pp h dimit
tit q̄ eis veritatẽ nõ ãnũciet:vt ſic ipſe
faciat officiũ ſuũ ⁊ ipſi ſi nõ obſeruauerit
iexcuſabl'es hẽanť.xp̄s igiť vt pi⁹ magr̃
lꝫ phei eſſent negligẽtes ⁊ maliuoli tñ nõ
pp h deſiſtit qn eis veritatẽ annũciet ſpã
liter ad p̃ſens ð obſuatõe ſabbi de q̃ req
ſiti maligniter tacueřt. In iſta igiť parte
duo poſſum⁹ ꝯſiderař.ſ. Ex pte xp̄i q̃õis
rõabilẽ ſol'onẽ. Ex pte phicoꝝ p̃ſũptionis
ꝯfuſibilem detectiõem ibi. Et nõ poterãt
⁊c.¶ Quantu ad primũ dicit. Et reſpon
dens ⁊c. Ubi ſciendũ ſcðm Cirillũ: q̄ q:
phi tanq̃ꝫ maliuoli tacueřt ad q̃ſtionem
eis factã p ip̃m de obſeruãtia ſabbi : xp̄s
tñ queſtiõeꝫ ſoluit eos rationabl'r rep̃hẽ
dendo.¶ Sciendũ eſt aũt q̄ xp̄s ad ſol
uendũ queſtiõeꝫ p̃miſſam talẽ rationẽ ad
duc̃. Quod nõ ẽ phibitũ ſed licitũ facere
circa illa q̃ ſunt minoris valoris:nec circa
q̃ ſunt maioris. Sꝫ aialia irratõabilia pu
ta bos vl' aſin⁹ ſunt minoris valoris q̃ꝫ hõ
⁊ ẽ licitũ ea cadẽtia i puteũ de ip̃o extra
here i die ſabbi. Igiť nõ ẽ phibitũ ſed li
citũ hoiem i die ſabbi liberare. Dic̃ igiť.
Et rñdens ad illos ⁊c.¶ Scienduꝫ ẽ aũt
q̄ a violatiõe ſabbi quãtũ ad p̃ñs ſpectat
3^a excuſant p° neceſſitatꝫ indigẽtia:⁊ iſto
mõ excuſauit xp̄s diſcipl'os Mat.12.qñ
rep̃hendebanť a pheis q̄ vellebãt ſpicas
in die ſabbi.q: h faciebãt pp neceſſitateꝫ
fais. Nã neceſſitas i mltis excuſat.ad q̄
adduxit exẽplum ibidẽ de dð q in neceſ
ſitate poſitus comedit panes ppõis q̃s
nõ licebat comedere niſi ſol' ſacerdotib⁹.
exẽplum ẽt hui⁹ hẽmus de pbiſſimo ma
tathia:qui ſic̃ habeť.i.mach.2.q infeſtaba
tur ab inimicis dieb⁹ ſabboꝝ ordiauit q̄
etiã in diebus ſabboꝝ cõtra ipſos pugna
rẽt:q̄ tñ nõ licebat ſcðm legẽ vbi neceſſi
tas nõ fuiſſꝫ.¶ 2° a violatiõe ſabbi excu
ſat obediẽtia. Nam quãdo homo ex obe
dientia tenetur aliqd facere q̄ nõ p̃t hr̃e

diſlatõem:ſi fiat in die ſabbati:non ē malū
ſicut pꝫ de circoncifione fienda octaua die
que aliqñ erat die ſabbati:⁊ de mactādis
aliqbus animalibus offerendis dō. Unđ
xp̄s Math.12. reprehendens phariſeos
dixit. An non legiſtis i lege q: ſabbatis ſa
cerdotes violant ſabbatū ſ.pueros circon
cidēdo ⁊ animalia mactando ⁊ ſine crimi
ne ſūt. ¶ Tertō excuſat a violatōe ſabba
ti caritas. Nam qñ ex caritate aliqua fa
cit ꝓximo lꝫ i die ſabbati:tamen a crimie
excuſatur. Et hoc mō xp̄s excuſabat i ſcu
ratōe infirmorū ſabbato. ſicut ſe excuſat
i euangelio hodierno. ¶ Xp̄s igit̃ rep̄hē
dit phariſeos p̄ ſm Theo^m. de cecitate ⁊
ignorantia:q: ſm eos licebat curare bo
uem non hoiem: qđ tamen ſm legem nō
erat prohibitum vt fingebant. ¶ 2° repre
hendit eos de auaritia ſm Bedam:q: ſꝫ
eos non licebat facere opera caritatꝭ:⁊ tñ
licebat facere rei familiaris ⁊ ꝓprie vtili
tatis. ¶ 3° ſm Bedam rep̄hēdit eos đ
inobedientia:q: ſi non licebat hoiem cura
re ſm eos.ergo nec bouem mactare. qđ
tamen faciebāt. ¶ Sciēdum eſt aūt loqn
do moralr̃ ꝙ xp̄s hominē pccōrem ſignifi
catuꝫ per ydropicū:ꝯparauit huic anima
li ꝙ in puteum cecidit:ad deſignanduꝫ ꝙ
ſicut ydropicus habūdat in humore ſuꝑ
fluo aqueo ⁊ fluxibili pp ꝙ cōformitatem
hꝫ cum puteo vbi eſt aqua:ſic peccator ex
nimia delitiaꝝ habūdantia cadit in ꝓfun
dum pcci:a quo tñ a xp̄o extrahit̃ ſi vult
ad ip̄m cōuerti.q: ip̄e dic̃ Jere. ¶ No
lo mortē pccōris ⁊c. ¶ Sciendum ē etiaꝫ
ꝙ per iſtum puteum i quem pccōr dicit̃
cadere intelligi poteſt infernus q dr̃ pu
teus abiſſi. Unde figuratiue dr̃
aſcēdit fumus ſicut fumus fornacis ma
gne :ex q̃ obſcurat̃ ſol ⁊ aer: ⁊ đ fumo pu
tei exierunt locuſte i terram. ¶ Ubi ſciē
dum ꝙ per iſtum puteum ꝓfundū abiſſi
itellr̃ infernus in quo ſubmergunt̃ pecca
tores:vt de ip̄is poſſit dici illud Exo .15.
Electi p̃ncip̄es eius ſubmerſi ſunt i mari
rubro abiſſi operuerunt eos dſcēderunt i
ꝓfundum q̃ſi lapis. ¶ De iſto puteo dr̃
exire fumus ſicut de fornace obſcurās ſo
lem ⁊ aereꝫ:q: ibi eſt ignis infernal' iſtar
fornacis ardentꝭ:peccatores comburens.
Ut đ eis dicatur illđ eccl'aſtici.38. Uapor
ignis vrit carnes eius ⁊ i calore fornacis
concertatur ſicut fumus. Dr̃ obſcurat̃ ſo
lem ⁊ aerem:q: pccōres in inferno hēbūt
intellectum ſignificatum per ſolem obſcu
ratum per peccati maculam ⁊ inter ip̄os
⁊ deum erit medium ſignificatum ꝑ aerē
obſcuratum:ita ꝙ nunq̃ꝫ poterunt deum
videre. Uñ Luc.16. Inter nos ⁊ vos cha
os magnum firmatum eſt: vt qui volunt
hinc tranſire ad vos non poſſint:neqꝫ iñ
huc tranſmeare. ¶ Dr̃ āt ꝙ de iſto fumo
putei exeunt locuſte ꝑ quas intelligo de
mones qui inſtar locuſtarum vaſtantiū
omnia virentia:homines vaſtant ⁊ deuo
rant:vt ſic ſint illa beſtia de qua dr̃ geñ.
37. Fera beſtia deuorauit Joſeph. Cuius
verſutias nos admonet fugere Petrus
1.cañ.5.d. Sobrij eſtote ⁊ vigilate q: adū
ſarius veſter dyabolus ⁊c.

Quarta pars.

Sequtur. Dicebat autem ad inui
tatos parabolam ⁊c. Ubi tāgit
documentuꝫ humilitatꝭ in appe
tendis.ꝙ probat ſitus demonſtratus.vbi
ſciēduꝫ ꝙ loquēdo general'r vniuerſa pec
cata reducunt̃ ad tria.ſ.ad luxuriam:aua
ritiam ⁊ ſuperbiam.iuxta illud .1.Jo.2°.
Omne ꝙ ē in mūdo aut cōcupiſcētia car
nis:aut concupiſcētia oculoꝝ: aut ſuꝑbia
vite. Xp̄s igit̃ ſicut bonus ⁊ bōus magiſter
medicus volens nos curare a peccatꝭ om
nibus inficientibus animam poſtq̃ꝫ in cu
ratione ydropici dedit nobis curam con
tra duo.ſ.luxuriam ⁊ auaritiam . nunc in
iſta parte ſm Ambro. dat nob̄ curā ꝯ ter
tiū.ſ.ſuꝑbiā ſuadēdo virtutē humilitatis.
In qua ꝑte tria poſſum⁹ ꝯſiderare .ſ.
Suꝑbie extollētis diſſuaſionē attēdēdā.
Humilitatis ꝓmerētis ꝑſuaſionē aſſequēdā
Utriuſqꝫ generalē rōnē intuēdam.
¶ Quantū ad primū dicit. Dicebat āt ad
inuitatos ⁊c. Ubi ſciendū ꝙ ph̄ei qui erāt
inſidiatores xp̄i multū appetebant hono
res:⁊ iō qñ vocabant̃ ad nuptias vel alia
ꝯuiuia volebāt ex ſuꝑbia collocari i locis
dignioribus ⁊ ſe alijs p̄ferre . iuxta ꝙ de
ip̄is loqtur xp̄s Mat.23. d. Amant pri
mos accubitus in cenis ⁊ primas cathe
dras in ſynagogis ⁊ ſalutatiōes in foro :
⁊ vocari ab hoibus rabi. Quia vero in ta
libus multi vocātur ⁊ aliqñ accidit ꝙ ille
q vocat̃ neſcit de oibus inuitatis nō dꝫ ſi
bi arrogāter meliorē locū accipe q: forte
alteri nobiliori debet̃ dignior locus :⁊ ſic
poterit ꝑfudi verecondia:dū de loco arro
ganter accepto vidētibus oibus expellet̃
ſed h̄ igitur xp̄s in ꝑte iſta prio ne locus
incōpetens appetat̃ dat admonitionē in
formantē. 2° dicti ſui aſſignat rōnem ſuffi
cientē. ¶ Quantū ad rōnem admonitio
nem informantē dicit. Dicebat āt ⁊c. Ubi
ſciendū ꝙ xp̄s ſicut bon⁹ magiſter nolēs
hoies imittari ph̄ſeos ſuperbos:eos beni
gne informat ad vitādā iſtā ellationē. Nā
hō nō dꝫ ſibi impudēter accipe ꝙ ab alijs
honoret̃.iuxta illud Hebre.5. Nec quiſq̃ꝫ
ſumit ſibi honorē ſꝫ qui vocat̃ a đo tanq̃ꝫ
Aarō. Et iō dicit eos informādo ꝙ nō de
bent primos diſcubit⁹ eligere: ſꝫ alios ex
pectare:vt ab inuitāte ſm ſuū gradū col
locentur. Uñ dr̃ eccl'iaſti :i.ij. Mane in lo
co tuo. ¶ Quantū ad rōnem ſufficienteꝫ
dicit. Ne forte honoratior te ⁊c. Ubi ſciē
dum ꝙ valde ſufficiens rō eſt: ne hō pri
mū locū arrogant accipiat: q: ml'totiens
ſm Cirillum.vñ credit honorē acquirer̃:
vituꝑiū ⁊ verecūdiam hꝫ.vñ ꝓuer.25. Ne
glo'ſus appeas corā rege ⁊ in loco magno
rū ne ſteteris:meli⁹ eſt ei vt dicat̃ tibi.aſ
cēde huc:q̃ꝫ hūilieris corā p̃ncipe. ¶ Q^m
ad hūilitatꝭ ꝓmerentꝭ ꝑſuaſiōeꝫ aſſeqndā
dic̃. Sꝫ cū vocat⁹ fueris ⁊c. Ubi ſciendum
ꝙ ſicut bonus magiſter in ſpeculabilib⁹ :
non ſolum docet vitare ſigillum ſligra
phum:ſꝫ etiā docet cōponere ſigillum virt
dicum.ſic bonus magiſter moral': nō ſolū
dꝫ docere vitare vicia : ſꝫ etiā virtutibus
exercerı. Xp̄s igit̃ bonus magiſter moral'
docuerat vitare faſtuoſam ellatōem: mō
docet humilitatꝭ virtutem. Et duo facit.
Primo docet humilitatꝭ modū. ſo humi
litatꝭ fructum . ¶ Q^m ad humilitatꝭ mo
dū dic̃. Sꝫ cū vocat⁹ fueris ⁊c. vt ſic qlibꝫ
dicat ꝙ ſe humiliādo dixit dđ.2.Re.6. Ui
lior fiam pluſq̃ꝫ factus ſum ⁊ ero humil'i
oculis meis. ¶ Q^m ad humilitatꝭ fructū
dic̃. Et cum venerit q te ⁊c. Nā qñ hō ex
hūilitate ſibi locū nouiſſimū eligit:⁊ poſt
modū ad locū eligit̃ digniorem:tūc appꝫ
corā aſtantib⁹ glo'ſus: ⁊ hoc merito quia
Job.22. Qui humiliatus fuerit erit i glo
ria. ¶ Q^m ad vtriuſqꝫ generalem rōneꝫ
ituendam dic̃ . Quia oīs q ſe exaltat ⁊c.
Ubi Cirillus. Oñſo igit̃ taꝫ modico exē
plo ambitioſoꝝ ꝯtemptum:⁊ nō ambitio
ſoꝝ exaltatōeꝫ:adicit magnū ꝑuo: genera
lem ſniam ꝓferens cum ſbdit̃. Quia oīs
q ſe exaltat humiliabit̃:⁊ q ſe hūiliat exal
tabit̃. ¶ Sciendū eſt āt circa ꝑtem iſtam
loquendo moralr̃:ꝙ per iſtas nuptias de
qbus fit h̄ mentō:itelligı pōt celeſtis pa
tria:ꝑ iuſtantem āt xp̄s ẏhs. Per inuita
tos ħo omnes hoies huius mūdi q non
đbent recūbere in p̄ loco ſuꝑbiendo: q: đi
ceret̃ inde cū verecūdia: ſed i nouiſſimo
ſe humiliando:q: ex hoc exaltant̃ in gl'a.
Scđm h̄ igit̃ in ꝑte iſta tria poſſum⁹ ge
neralr̃ ꝯſiderare.ſ.
Solēnitatē ꝯuiuij habūdantꝭ.
Bēignitatē dñi inuitantꝭ.
Diuerſitatem collegij āuientꝭ.
¶ Q^m ad p̄mū dr̃ ꝙ illud ꝯuiuiū fuerāt
nuptie ⁊ ſignificāt illas eternas nuptias
celeſtis p̄rie vbi erit habūdātia ⁊ ſolēni
as ſempiterna:đ qbus dr̃ Apoc.19. Bea

ri qui ad cenā nuptiaꝝ agni ſunt vocati.
¶ Qui āt intrāt ad iſtas nuptias ⁊ quo
fuit figuratū Mat.25. Ubi ſimiliter dr̄ ꝙ
prudentes virgines accipientes lāpades
cū oleo. lucentes intrauerūt cū ſpōſo ad nu
ptias. Fatue āt ſolum hn̄tes lāpades ſine
oleo intrare nō potuerūt. ¶ Ubi ſciendū
ꝙ p̄ v̄gines prudentes hn̄tes lāpades in
telligi poſſunt hoīes exiſtentes in diuina
gr̄a hn̄tes opa grata deo ⁊ hedificatoria
pplō. Nā oleū in lāpad̄ eſt gr̄a ſpūs ſci in
aīa. lampades ſm̄ Grego. q̄ in manibus
portātur ſunt opa. q̄ debent lucere iuxta il
lud Mat.5. Sic luceat lux vr̄a corā homi
nibꝰ vt videāt bona opa vr̄a ⁊ glorificent
pr̄em veſtrū q̄ in cel' eſt. ¶ Per v̄gines
āt fatuas non hn̄tes oleū nec lāpades ar
dentes intelligunt homines nō hn̄tes di
uinā gr̄az. Qui igit vlt itrare ad nuptias
oꝫ cū prudentibꝰ hēre oleum gr̄e ⁊ lāpa
des ardentes p̄ opa v̄tuoſa. q: iſta nō hn̄
tibus dr̄ a dn̄o. Neſcio vos. ¶ Quantū
ad bonitatē dn̄i inuitātis ſciendū eſt ꝙ in
uitans eſt xp̄s q̄ hoīes ad nuptias regni
celeſtis vocat vel p̄ internā inſpirationeꝫ:
vel aſſiduā lectiōem vel externā p̄dicatio
nem. ¶ Unde pōt figurari p̄ regē aſſueꝝ
de quo ſentential'r dr̄ heſter.1. ꝙ fec̄ grā
de cōuiuiū in ciuitate ſuſis: adꝙ inuita
uit omnem ppl'm a maximo vſqꝫ ad mini
mū: ⁊ ſeptem diebꝰ iuſſit cōuiuiū. ¶ Ubi
ſciendum ꝙ p̄ regem aſſueꝝ qui interpre
tatur beatitudo intell'r xp̄s rex regum ⁊
dn̄s dominantiū qui ē beatitudo noſtra.
Per ciuitatem āt Suſaꝫ q̄ interpretatur
gaudium vel leticia. intell'r celeſtis pr̄ia
de qua dr̄ Iſ.51. Gaudium ⁊ leticia inuēi
entur in ea gr̄arum actō ⁊ vox laudis. In
iſta ciuitate fac̄ grande conuiuium ſepteꝫ
diebus. i. refectionem ſpiritualem bonoꝝ
omnium durātem eternaliter: que duratō
per ſeptem dies intell'r q: totus d̄curſus
noſtri tēporis in ſeptem diebus reuoluit.
Ad ꝙ qdem cōuiuium oēm populum in
uitat: q: quantum eſt ex parte ſua: oēs ſūt
ad illam beatitudinem inuitati. iuxta illd̄
Iſ.25. Faciet dn̄s d̄s exercitꝰᵐ oibꝰ pplis i
mōte h̄ cōuiuiū pinguiū cōuiuiū videmie
d̄fecate. ¶ Qᵐ ad diuerſitatē collegij an
nuētis. Sciendū eſt ꝙ lꝫ omnes ſint inui
tati: tn̄ diuerſitas eſt inter hoīes: q: qdaꝫ
ſunt arrogantes ſignificati per illos qui
volunt in p̄mo loco recumbere. de quo tn̄
eiciunt cū v̄ecundia: qdam āt ſunt hūiles
ſignificati p̄ recūbentes inouiſſimo loco:
d̄ q̄ cū gl'a exaltant. Per ꝙ dat intelligi
ꝙ ſupbi ad eternas nuptias non recipiūt
ſed deiciunt i profundum inferni. Humi
les aūt illuc exaltantur. Unde eccl'aſtici
10. Sedes ducum ſupboꝝ d̄ſtruxit deus ⁊
ſedere fec̄ mites pro eis radices gentiuꝫ
ſuperbaꝝ arefec̄ d̄s ⁊ plantauit humiles
ex ipſis gentibus. Et ideo p̄s. Qᵐ tu po
pulum humilem ſaluum facies ⁊ oculos
ſuperboꝝ humiliabis. ¶ Sciendum ē igi
tur ꝙ hō per humilitatē meret.
Reconciliantem veniam.
Informātem gr̄am.
Quietantem gl'iam.
¶ Primo hō per humilitatem meret re
conciliantem veniam.
Nam q̄ꝫuis deū offenderit ſi cum humi
litate ad ip̄m reuertitur deus ſibi culpaꝫ
miſericorditer indulget: q: iuxta illd̄ p̄s.
Cor contritū ⁊ humilatum d̄s non deſpi
cies. ¶ Hoc āt fuit nob̄ figuratū i achab
rege de quo ſimil'r dr̄.3. Re.21. ꝙ cum gra
uiter offendiſſet dn̄m ꝯſentiendo vxori
ſue ieſabel vt occideret naboth vt ipſius
vineā poſſideret miſit ad cū dn̄s helyam
pp̄hiam cominantē ſibi mortē ⁊ mltas ali
as aduerſitates ꝙ cum audiſſet achab ſci
dit veſtimēta ſua ⁊ operuit cilitio carnē ſuā
ieiunauitqꝫ ⁊ dormiuit in ſacco ⁊ ambula
uit demiſſo capite. ꝙ cū vidiſſet dn̄s dixit
ad helyā nōne vidiſti achab humiliatum
corā me: q: igit humiliatꝰ ē nō inducā ma
lū in dieb̄ eiꝰ: ⁊ ſic dn̄s ſibi pepcit ⁊ recon



ciliatꝰ ē ei. ¶ Ubi ſciē. ꝙ p̄ Achab regē
q̄ interp̄tat fr̄ pr̄is: itll'i pōt qlibꝫ hō qᵐ
ad aiam q̄ fr̄ pr̄is dr̄: q: in natura intelle
ctuali p̄ticipationē hꝫ cū d̄o q̄ eſt pr̄ ⁊ dn̄s
nr̄. Per Ieſabel āt q̄ interp̄tat fluxꝰ va
nus intell'r ſenſualitas in hoīe: que vane
fluit ad illicita q̄ vxor dici pōt Achab. i.
rōis. q: ſm̄ Aug. rō in hoīe ꝯpatur viro:
ſenſualitas v̄o vxori. Cōtingit āt multo
tiens ꝙ ſic Achab conſenſit vxori ad offē
ſionē dei ⁊ p̄ximi ſic rō ꝯſentit ſenſualita
ti ad faciēdū ꝯ diuinū p̄ceptū. quē tn̄ deus
vel ex remorſu ꝯſcientie vel p̄ aliq̄ꝫ inſpi
ratōem internā vel predicatōem externā
reprehendit acriter ⁊ mortem cominatur
eternā. quod qdem audiēs pccōr miſerri
mus oꝫ ad p̄niaꝫ inſtar Achab ꝯuerti do
lēdo de p̄teritꝫ cū ſatiſfactōne ꝯdigna.
¶ Qualem āt ſatiſfactōem pccōr inſtar
Achab facere debeat audi q̄d de Achab
dr̄. Nā dolet de pccō p̄ amaram ꝯtritōeꝫ:
ſcidit veſtimēta p̄ aptam ꝯfeſſionē. Opu
it cilitō carnē ſuam: ꝯ carnis laſciuiā. Ie
iunauit ꝯ ventris igluuiā. Dormiuit i ſac
co ꝯ auaritiam. Et ambl'auit d̄miſſo capi
te: ꝯ dyaboli ſupbiam p̄ integrā ſatiſfacto
nē: q̄ ſi pccōr facer̄ voluerit ſe humiliādo
dn̄o ꝯ quē ſupbiuit peccando: d̄s ſibi idul
get ⁊ p̄ vēiam reconciliat eū ſibi. Unde
Ber. ſup cant. Hūilis oꝫ eē ⁊ v̄ecūda ſatiſ
factio: q̄ emēdat ſupba trāſgreſſio. nec ſte
ril' verecūdia grata ē. nec hūilitatē lauda
bil'. ¶ 2ꝰ dico ꝙ hō p̄ hūilitatē meretur
reformātem gr̄am. Nam d̄s hōi pccōri ſe
hūilianti n̄ ſolū remittit cl'pam: ſꝫ ēt ꝯfert
gr̄aꝫ: iuxta illd̄ Iac.4. Deꝰ ſupbis reſiſtit
hūilibꝰ āt dat gr̄am. Un̄ Caſſiodorus li.
ii. d̄ ſp̄u ſupbie. Nll'o mō poterit i aīa nr̄a
virtutū ſtructura ꝯſurger̄ niſi p̄us fuerit
v̄a hūilitas in corde nr̄o fundata q̄ firmiſ
ſime collocata pfectōis ⁊ caritatꝫ culmen
valeat ſuſtinere. ¶ Tertio homo per hu
militatem meretur quietātem gloriam.
Nam deus non ſolum humilianti ſe dat
veniam ⁊ gratiam: ſed etiam ꝯfert gl'am.
Unde Bernardus. Funda fundamentuꝫ
humilitatis: ⁊ peruenies ad faſtigium
caritatis. vis capere celſitudinem dei:
cape prius humilitatem: Chriſti ſola eſt
virtus humilitas: leſe caritatis repara
tio. ¶ Sic igitur patet ex precedentibꝰ
qualiter arrogantes deiciuntur a deo ⁊
humiles exaltantur. Unde prouer.29.
Superbum ſequitur humilitas ⁊ humi
lem ſpiritu ſuſcipiet gloria. Ad quam
nos ⁊c.

¶ Dominica decimaſeptima poſt pente.
Euangelium.58.
Introductio. Frater Ioſelinus.

Acceſſerunt ad yheſuꝫ pha
riſei ⁊ interrogauit eum
a vnus ex eis legis doctor
temptans eum ⁊c. Math.
22. Quia videmus per ex
pientiā ꝙ nihil amatur niſi
ſi ſit aliqualiter cognitum. q: Auguſti.
Inuiſa quidem diligere poſſumus inco
gnita nequaq̄ꝫ neceſſario requiritur vt
illud ꝙ debet diligi cognoſcatur. Quia
vero quicquid diligitur ſub ratione boni
veri vel apparentis diligitur ꝯgruuꝫ vr̄:
vt q̄ꝫto res ē in ſe melior: tāto ab ordiata
voluntate āplꝰ diligat. Un̄ videmus ꝙ
auꝝ ꝙ meliꝰ ē: plus diligit ⁊ ſic de ꝯſilibꝰ
ſi āt minꝰ bonū in ſe plus diligat q̄ꝫ ꝙ ē
maiꝰ bonū hoc eſt ex puerſitate volūtatꝫ.
Ut igit xp̄s oñdat ſe diligēdū ſup oia. id
circo i hodierno euangelio ſoluta q̄dā q̄
ſtione ſibi malitioſe p̄poſita: ex cuiꝰ ſolu
tiōe oñdit deū tanq̄ꝫ infinitū bonū ſup̄ oia
diligend̄ oñdit ēt ſe deū eē: vt ſic ⁊ ipſe ſu
per omnia diligatur. Secundum hoc igi
tur beatus Mathe. in p̄nti euāgelio tria
tangit. ſ.

Qōnem iuidentem poſtulatam.
Solˈonem ſapiēter declaratam.
Proceſſionē euidenť dmonſtratam.
¶ Primū ꝓbat itentō prauitaꝭ. 2ᵐ dire
ctō voluntaꝭ.3ᵐ ꝯditō deitatis. ¶ Pri
mū in p̄n.ſm ibi.Ait illi diliges ⁊c.3ᵐ ibi
Congregaꝭ ât phariſeis ⁊c.

Prima pars.

Uātuꝫ ad p̄mū vbi tāgit ⁊c.dič.
Acceſſerūt ad yſm ⁊c.Ubi ſcië
dum ꝙ cū xp̄s ſm ꝙ Math. i
mediate āte iſtud euāgeliū narrat cuꝫ vi
ciſſet phieos d̄ qōne q̄ꝫ ſibi fecerāt fieri d̄
tributo reddēdo Ceſari. Cū cōuiciſſꝫ ēt
ſaduceos q negabāt reſurrectōeꝫ:oñs eis
reſurrectōeꝫ ſnturā ⁊ ipoſuiſſꝫ eis ſilētiū.
Uidentes h̄ phiei vt maligni ꝯ xp̄ꝫ volue
rūt ip̄m i v̄bis ſuis cōprehēdeř:⁊ iō acce
dētes ad eū:qōnē ſibi ꝓpōi faciūt vt ex re
ſpōſiōe ipſi⁹ aliqd poſſint accipe vñ calū
niari poſſit.¶ Lꝫ āt phiei ⁊ ſaducei eēnt
ꝯrĳ:q̄ꝛ ſaducei negabāt reſurrectōem q̄ꝫ
iudei aſſerebāt:tñ qᵐ ad tēptādum xp̄m
ſm Jero.in ſui s qōib⁹ ꝯcordabāt.Jn iſta
igiť pte tria poſſum⁹ ꝯſiderare.ſ.
Malignitatem i ꝯgregando.
Sagacitatem in ꝓponendo.
Arduitatē in exēplificando.
¶ Qᵐ ad p̄mū dič. Acceſſerūt ad yſm
phiei.Ubi ſcië.ſꝫ Criſo.ꝙ iſti phiei ſič ma
litioſi volētes xp̄ꝫ ꝯp̄hēdeř i qōnib⁹ q̄s ſi
bi faciebāt:venerūt cū mľtitudie :creden
tes ſe magis ex h̄ victoriā obtieř. Ut ſic
v̄ificeť illō p̄s.Principes ꝯuenerūt i vnū
adv̄ſus dñm ⁊ aduerſus xp̄m ei⁹.¶ Qᵐ
ad 2ᵐ dič.Et iterrogauit eū ⁊c.Ubi ſcië.
ꝙ iſti phiei q̄dā ſagacitate v̄ſuta ordiaue
rūt ſm Criſo.ꝙ lꝫeēnt mľti: tñ vn⁹ qōnē
xp̄o ꝓpōeret:cogitātes intra ſe:ꝙ ſi xp̄s
illū ſolū ꝯuinceret ꝙ mľtitudo euaderet
verecūdiā.Si v̄o ille vinceret oēs in ip̄o
videreť victores.¶ Scië.ē āt ꝙ iſte vn⁹
tēptās xp̄m:dř doctor fuiſſe vt ex h̄ poſ
ſim⁹ aduerteř ꝙ doloſe ⁊ ñ vt adiſceret:
cū ſe ſapiētē putarꝫ fcē dño qōnē.¶ Qᵐ
ad tertiū dič.Magř ꝙ ē mādatū magnū
⁊c.Ubi ſcië.ſm Bedā ſup Mar.ꝙ inter
ſcribas ⁊ phicos erat ꝯtrouerſia d̄ ordie p̄
ceptoꝝ qᵐ ad dignitatē ꝙ inť ea debebat
dici maius.

Secūda pars.

Equr.Et ait illi yh̄s. Diliges
dñꝫ d̄um ⁊c.Ubi tāgit ſolˈonem
ſapienť d̄clˈatā:ꝙ ꝓbat directio
volūtaꝭ.Ubi ſcië.ꝙ hō tč volūtatē ordia
tā hr̄e dř qñ hꝫ ip̄aꝫ cōiūctā cū deo:cuius
volūtas eſt reglˈa ⁊ ordinatō oiūꝫ volūta
tum:qđ qdē fit qñ hō ip̄m diligit:⁊ volū
tatem ſuā:ipſi⁹ volūtati ꝯformat.Uñ cāt.
1.Recti diligūt te.Xp̄s igiť ſoluēdo qōeꝫ
ſibi fcām p legiſpitū q iordiatū hēbat d̄ſi
deriū:oñdit q̄lr volūtas hois d̄beat ordi
nari:determinādo ꝙ ſit mai⁹ p̄ceptum i
lege.Ubi ſcië.ꝙ qᵐ ad p̄ñs ſpectat:prece
pta legis moſayce loq̄ndo generalr̄ redu
cebanť ad tria.Nā aliq̄ erāt q directe pti
nebant ad d̄um:aliq̄ ad ꝓximū : aliq̄ v̄o
erāt ſignificātia ordinē dilectōis ſue ad d̄
um ſiue ad ꝓximū cui⁹ modi erāt cerimo
nialia ⁊ oblˈones ſacrificioꝝ. Scōm h̄ igiť
i pte iſta tria poſſum⁹ ꝯſiderař ſm tripli
cē d̄clˈatōeꝫ ꝓpoſite qōis .ſ. directōnq vo
luntatis.
Primo qᵐ ad deū diligēdum ſilialr̄.
Scđo qᵐ ad ꝓximū diligēdum ſinalr̄.
Tertō qᵐ ad cerimōiā ⁊ ſacrificiū offerē
dū vtiliter.
¶ Qᵐ ad pᵐ dič.Ait illi yh̄s ⁊c.Ubi ſci
endū ꝙ circa ſolˈonē ⁊ reſponſionē iſtā q̄t
tuor poſſumus conſiderare.ſ.
Actū vnitiuū.
Obiectū refectiuū.
Modū delatiuum.
Genus exceſſiuum.
¶ Qᵐ ad actū vnitiuū dič.diliges. Ubi
ſcië.ꝙ ſič volūtas ē nobilior potētia i aia:
eo ꝙ liba ⁊ hit⁹ caritaꝭ:eū q̄ volūtas elič
actū diligēdi meritoriū ē nobilior : iuxta
illđ.1.cor.13.Nūc āt manēt fides:ſpes:ca
ritas:3ᵉ h̄.maior āt hoꝝ ē caritas.iō act⁹
ei⁹ eſt nobilior in amāte vniens ⁊ tranſfe
rens i amatū. Uñ eccˡ.1.Dilectio dei ho
norabilˈſcia.¶ Xp̄s igiť in ſua rñſiōe hūc
actū vnitiuū dilectiōis oñdit cū dič. Dili
ges.Uñ Criſo.ſup Mat.Uide q̄ꝛ non di
xit cognoſces dñm deū tuū ſꝫ diliges :q̄ꝛ
cognoſcere vnū deū ē ꝓprie humane natu
re:diligere āt religioſi cordis. Nec dixit
ēt time:q̄ꝛ timere ſuoꝝ eſt.Uñ dič Jo.i.
cano.ſua.4.Timor nō ē in caritate ſꝫ pfcā
ingt caritas foras mittit timorē.¶ Qᵐ
ad obiectū refectiuū dicit dñꝫ deū tuum.
Ubi ſciendū ꝙ iſtud obiectū act⁹ dilectio
nis:ē de⁹:q eſt refectio aiaꝝ vr̄aꝝ.pp ꝙ di
cit p̄s.Guſtate ⁊ videre qm̄ ſuauis ē dñs
btūs vir q ſpat in eo.Ad t̄pm āt diligend̄
nos xp̄s induč:tum rōne poᵉ:q̄ꝛ dñs:tum
rōne ſapᵉ:q̄ꝛ de⁹:tum rōne beniuolētie:q̄ꝛ
tu⁹.¶ Diliges ēt eum : q̄ꝛ ipſe creator ⁊
gubernator p ſuā poᵃᵐ redēptor p ſuam
ſapᵃᵐ p̄miator p ſuā beniuolētiā.¶ Qᵐ
ad mođ dilatiuū dič.ex toto corde ⁊c.Ubi
ſciendū ꝙ inter rē dilectā ⁊ illū q diligit :
ſi dilectio ſit ordinata oꝫ eē ſꝫ ꝙ poſſibile
eſt modus ꝯueniens ⁊ proportio debita.
Cū igř de⁹ q ē obiectū diligibile ſit vn⁹
in eſſentia ⁊ trinus in pſonis : hō ēt hēat
vnā aiam cū tribus potētĳs :pp ꝙ factus
dř ad eius ymaginē: ad h̄ ꝙ modus dile
ctiōis ſit in hoīe cōueniēs:oꝫ eē q̄ꝫtum ad
oēs tres potētias:ut oēs feranť in deuꝫ.
Hoc ē igiť ꝙ dicit.diliges dñm deū tuuꝫ
ex toto corde tuo.i.ex toto intellectu. Ut
ſic poſſis dicere cum p̄s. Jn toto corde
meo exquiſiui te ne repellas me a man
daꝭ tuis.Ex tota aia tua.i.ex tota volūta
te tua.Ut ſic dicas cū p̄s.Quēadmodū d̄
ſiderat ceru⁹ ad fontes aq̄ꝝ ita deſiderat
aia mea ad te deus.Jn tota mēte tua.i.in
tota mēoria.pp ꝙ cuilibꝫ dř T heb.4. Oi
bus dieb⁹ vite tue i mēte hēto deū:⁊ caue
ne aliqñ pecō ꝯſentias. ⁊ p̄termittas p̄ce
pta dei tui.¶ Qᵐ ad genus exceſſiuuꝫ.
dicit hoc ē maximū ⁊ primū mandatum.
Ubi ſciendū ſm Aug. ꝙ q̄ꝛ iſtud p̄ceptū
eſt de diligēdo d̄um,de⁹ āt ē obiectū dile
ctōis maximū:q̄ꝛ bonū i ſe ifinitū ⁊ pᵐ :
q̄ꝛ a q̄ bōa cūcta pticipāt:iō ⁊ dignitate di
ciť pᵐ ⁊ maximū.¶ Scië.ē āt ꝙ iſtđ mā
datū d̄ dilectōe d̄i:oꝫ eē pᵐ multiplr̄. p̄ i
intētōe.Nā finis lꝫ in executōe ſit vltim⁹
tñ in intētōe ē p̄m⁹.q̄ꝛ igiť caritas ē finis
oium p̄ceptoꝝ.iuxta illud.1. thy.1. Finis
āt p̄cepti ē caritas d̄ corde puro ⁊ ꝯſcia
bōa ⁊ fide nō ficta. iō p̄ma ē in intētōne.
¶ 2ᵒ oꝫ eē p̄mum i affectōe.Nā affectus
hois nō oꝫ eē radicat⁹ in iſtis iferioribus
p amorē indebitū:ſꝫ in caritate dia: iuxta
amonitōem aplˈi hebr.3.Jn caritate ingt
eſtote radicati ⁊ fundati vt poſſiꭍ ꝯp̄hen
dere cū oibus ſanctis q̄ ſit latitudo ⁊ lon
gitudo ⁊ ſblimitas ⁊ ꝓfundum.¶ 3ᵒ d̄bꝫ
eē pᵐ i merito.Ubi ſcië.ꝙ ad h̄ ꝙ aliqđ
op⁹ ſit meritoriū:oꝫ ꝙ opans nō ſit inimi
c⁹ d̄i p culpā:ſꝫ amic⁹ p gr̄am.q̄ꝛ dato ꝙ
poſſꝫ eē de potētia dia ſine clˈpa:⁊ tñ non
eſſꝫ in gr̄a:lꝫ de potētia dei ordinata nūc
ſic ſit ꝙ hō eſt in culpa vel in gr̄a.⁊ aliqđ
op⁹ de generř bonoꝝ faceret: nō tñ eſſꝫ ſi
bi meritoriū:qđ tñ eſſꝫ ſi eſſꝫ i caritate fcꝫ
ex qbus pꝫ ꝙ caritas expellit culpā ⁊ fač
op⁹ meritoriū eē.Qđ āt expellat clˈpam
audi aplˈm Petrū.d.1.cañ.4.Eſtote ingt
prudētes ⁊ vigilate in orōnibus : añ oia
āt mutuā in vobis metipſis caritatem cō
tinuam hn̄tes:q̄ꝛ caritas opit mľtitudinē
pccōꝝ. Uñ dixit xp̄s d̄ Magđ .Luč .7.
Dimittunť ei pccā multa qm̄ dilexit mul
tum.Qđ āt reddat op⁹ meritorium audi
aplˈm.d.1.cor.13.Si diſtribuero ingt in ci
bos paupeꝝ oēs facultates meas:⁊ ſi tra
didero corpus meum ita vt ardeā:carita
tē āt non hūero nihil mihi ꝓdeſt : pp ꝙ
d.1.cor.16.Oia vr̄a in caritate fiant.¶ 4ᵒ
oꝫ eē p̄mū i p̄mio.Ubi ſcič.ꝙ q̄ꝛ p̄miū ho
minis ē pricipalr̄ vt per beatitudineꝫ cō
iungať cum d̄o:caritas aūt inť oēs virtu

tes eſt vinculū cōiungens: ideo in ꝑmia
tiōe obtinet principatū. Unde apl's coll'.
3. poſtq̄ induxerat eos ad multas virtu
tes ſubdidit. Caritatem aūt hēte ꝙ ē vin
culum ꝑfectionis. Unde de h̄ ds. nos cer
tificat ꝓuer. 8. c. Diligētes me diligo: ⁊ q
mane vigilāt ad me: inueniēt me. ¶ De
excellētia ⁊ cōmendatiōe dilectionis loq
tur Greg. Cum cūcta ſacra elloqa ⁊c. req
re in ol'. que legiṫ de aplis. ¶ Q^m ad 2^m
ſ. proxi^m diligendū fraternal'r dicit. ſcōm
aūt eſt ſile huic diliges ⁊c. Ubi ſciendum
ꝙ xp̄s poſt mādatum d̄ dilectiōe dī. pōit
illud de dilectiōe ꝓximi ad deſignand̄ ꝙ
i^a duo p̄cepta ſunt cōnexa. Nā nemo pōt
odire proxi^m ⁊ deū amare pp ꝙ diciṫ. i.
Jo. 4. Si qs dixerit q: diligo deū: ⁊ frēz
ſuū odit mēdax ē: q enim nō diligit frēz
ſuū quē vid3: deū quem nō videt quō pōt
diligere: ⁊ h̄ mādatū hēm⁹ a deo: vt q di
ligit deū diligat ⁊ fratrē ſuū. ſcōm h̄ igiṫ
in pte iſta quattuor poſſum⁹ cōſiderare.
quantū ad iſtud p̄ceptū. ſ.
Ordinem cōuenientem.
Dignitatem excellētem.
Actum vnientem.
Modum ſufficiētem.
¶ Q^m ad ordine couenientē dic. h̄m āt.
vbi ſciendū ꝙ p̄ceptū de dilectiōe ꝓximi
dr̄ h̄m r^m ad p̄ceptū de dilectōne dei. q:
h̄m Augu. i. d̄ doc. xp̄iana. te ip̄m ſi pp te
d̄be s diligere: ſ3 pp illū vbi dilectōis tue
rectiſſim⁹ finis ē. ¶ Q^m ad dignitatē ex
cellētē dic. ſile ē huic. vbi ſciēdū ꝙ ſic dr̄
gn̄. i. ds creauit hoiez ad ſilitudinē ⁊ ima
ginē ſuā iō mādatū d̄ dil'cōe ꝓxi dr̄ ſile
mādato d̄ di dil'cōe: i q̄ iſti⁹ p̄cepti digni
tas deſignaṫ. Un̄ Criſ. ſup Mat. Qui āt
hoiez amat ſile ē ſic q d̄ū amat. q: ymago
di ē hō i q̄ ds diligiṫ. ſic rex i ſua ymagi
ne honoraṫ. pp ꝙ dr̄ h̄ mandatū ſile eſſe p^o.
¶ Q^m ad actū vniētē dic. diliges ꝓxi^m
tuū. vbi ſciendū ꝙ dil'ctio ē act⁹ vnitiu⁹ q̄
d̄bem⁹ ꝓximo caritatiue ꝯiūgi. iuxta p̄ce

ptū dn̄i. c. Jo. 15. Hoc ē p̄ceptū meū vt di
ligati inuicē ſic dilexi vos. ¶ Q^m ad mo
dū ſufficiētem dic. ſic te ip̄m. vbi ſciendū
ꝙ qlib3 teneṫ ꝓxi^m diligere ad illa ad q̄
ſe ip̄m diligit q. ſ. ꝑtinent ad grāz ⁊ alias
virtutes meritorias ⁊ ad celeſtē gl'az. Un̄
Aug. 8. de trinitate. Qui aūt amat hoies
aut q iuſti ſt: ſic eni3 ⁊ ſe ip̄3 amare d3 aut
q: iuſtus ē: aut vt iuſtus ſit: ſic enim dili
git ꝓxi^m ſic ſe ip̄3 ſine ꝑiculo. ¶ Q^m ad
3^m. ſ. cerimōias ⁊ ſacrificiū offerēdū vtil'r
dic. In his duob⁹ mādatis ⁊c. Ubi ſcien
dū ꝙ l3 mlt'a p̄cepta iudeis data fuerit: ⁊
mlt'as cerymonias ⁊ ſacrificia habuerit
q̄ ſignificabāt aliq̄ vētura ad vtilitatē no
ſtre ſalutꝭ. tn̄ iſta duo erāt p̄ncipalia: ⁊ iō
dic ꝙ i his duob⁹ vniuerſa lex pendet ⁊
ꝓphe. Un̄ ro. 13. Plenitudo igiṫ legis ē
dil'ctio. ¶ Sciendū ē āt circa iſtā ptez p̄n
cipalē in q̄ fit mētio d̄ dilectione dei: ⁊ ꝓ
ximi ꝙ ſpūal'r loquēdo p^o de dilectōe di
ꝙ h̄m Hug^m. de ſb̄a dilectōis. Dilectio
dei ē oia cōmoda ⁊ incōmoda poſtponeṙ
cā ꝑfruendi deo. ¶ Ubi ſciendū ꝙ inter
alia quātū ad p̄ſens ſpectat quattuor ſunt
que ad diligendum deum nos inducere
debent. ſ.
Plenitudo bonitatis.
Similitudo maieſtatis.
Gratitudo voluntatis.
Magnitudo poteſtatis.
¶ Primo ad diligēdum deū nos debeṫ
inducere plenitudo bonitatis. Ubi ſcien
du3 ꝙ ſic quicqd videṫ in lumine vr̄: ⁊ iō
lumen eſt de ſe magis viſibile: ⁊ ſic qcqd
intelligiṫ: ſub ratione veri intelligiṫ: ⁊ iō
ipſum verū eſt magis intelligibile. Sic
quicqd diligiṫ ſub ratione boni veri: vel
ſaltem apparētis diligiṫ: ⁊ ideo ipſum bo
num eſt maxime diligibile: cu3 igitur de⁹
ſit ſummū bonum: quia Luc. 18. Nemo bo
nus niſi ſolus deus: igitur ratione ſue bo
nitatis ē maxime diligēd⁹. ꝙ cognoſcēs
p̄s. c. Diligam te domine fortitudo mea

dn̄s ſir. m. re. meū ⁊ liberator meus. ¶ 2^o
nos d3 inducere ſilitudo maieſtatis. Ubi
ſciendū ꝙ ſic nos docet experiētia: inter
magis ſilia ē maior dilectio: ſic videmus
ꝙ homo magis diligit hoiem q̄3 animal
brutū: ⁊ magis diligit ſilem ſibi in natura
lib⁹ vel virtutib⁹ q̄3 diſſilem. Propter ꝙ
dic eccleſiaſtic⁹ eccli. 13. Oē aial diligit ſi
bi ſile. Cum igiṫ hō magnā ſimilitudinē
hēat cum deo: q: ſic in deo ē vna eſſentia
⁊ trinitas ꝑſonarū ſic i aīa hois vna: ſunt
tres po^e. Propter ꝙ ip̄e dic. gen̄. i. Facia
mus hoiez ad imaginē ⁊ ſilitudinē nr̄az:
iō de⁹ ē ab hoie maxie diligēdus Unde
Joſ̄ filijs iſrl' Joſ̄. 13. Hoc enim diligētiſ
ſime p̄cauere vt diligatis dn̄m deū vr̄m.
¶ 3^o nos d3 induceṙ gratitudo volūtatꝭ.
Ubi ſciendū ꝙ de ratiōe vere dilectiōis
ē reciprocatio: q: verus amor ē reciproc⁹.
igiṫ ille q ab alio diligiṫ d3 diligētez dili
gere vt ſit grat⁹ q: igiṫ deus nos p^o dile
xit: ⁊ nos ip̄3 ēt debem⁹ diligere. Un̄ Jo.
i^a can̄. 4. Nos ergo diligam⁹ deū q^m ip̄e
prior dilexit nos. ¶ Quantū autem xp̄s
nos dilexerit audi quid dr̄ apoc. i. Dile
xit inquit nos ⁊ lauit nos a peccatis no
ſtris in ſanguine ſuo. ¶ Quarto nos d3
inducere magnitudo ptātis. Ubi ſciendū
ꝙ po^a diuina ꝓpter q̄3 ipſum debem⁹ di
ligere: oſtendiṫ in nob̄ quantū ad 3^a que
habem⁹ ab ipſo. ſ. quantū ad eſſe nature:
ad eſſe grē ⁊ ad eſſe gl'e. Un̄ Bernardus
i ſer. 2^o. Ualde oio mihi amand⁹ eſt p quē
ſum: viuo: ⁊ ſapio. ¶ Quantū ad dilectio
nez dei ꝓpter eſſe nature. dr̄ eccli. 7^o. In
tota anima tua time deum ⁊ ſacerdotes
illius: ſacrifica in omni virtute tua dilige
eum qui te fec: ⁊ miniſtros eius ne dere
linquas. Unde Bernardus. Si enim fili⁹
naturaliter amat patrez a quo habet par
tem corporis ſui: quanto magis amare
debet q corp⁹ eius ⁊ animā de nichilo fec.
¶ Quantū ad dilectōem dei ꝓpter eſſe
grē dic xp̄s Jo. 14. Si quis diligit me ſer

monem meū ſeruabit: ⁊ pr̄ meus diliget
eū: ⁊ ad eum veniem⁹ ⁊ māſionem ap̄ eu3
faciem⁹. Nam tūc deus ad hoiem venit ⁊
ap̄ eum māſionem fac: qn̄ vitia purgat in
ipſo: ⁊ dat ſibi grām p q̄3 ſit habitacl'3 ei⁹
pp ꝙ ad ip̄m diligēdum multipl'r obliga
tur. Un̄ Ber. ſup illō Quid retribuā dn̄o
⁊c. d̄ deo dic. Quādo ignorabā me inſtru
xit: quādo errabā: me reduxit: quādo pec
cabā: me correxit: qn̄ ſteti: me tenuit. qn̄ ce
cidi: me erexit: qn̄ iui: me duxit: qn̄ vēi ad
ip̄m me ſuſcep̄. ⁊ ſubdit: nec p his oibus
qd illi rependam hēo niſi vnū: vt diligā
nō enim melius nec decētius q̄3 p dilectō
nem rep̄hendi pōt ꝙ p dilectiōez datum
eſt. ¶ Quantū ad dilectiōem dei pp eſſe
gl'e dr̄ thob̄. 13. Beati oēs q diligūt te ⁊
q gaudent ſup pace t^a. ex dilectiōe enim
dei acqrit hō eternaz beatitudinē. ¶ Co
gnoſcēs igitur ꝓpha dō q̄3 bon⁹ ⁊ q̄3 ſua
uis eſt dn̄s ⁊ q̄3 glōſa ⁊ delectabil' eſt ha
bitatio celeſtis p̄ric. c. Dn̄e dilexi decorē
dom⁹ tue ⁊ locū habitatōis gl'e tue. Nam
decorez ⁊ pulchritudinē dom⁹ celeſtis pa
trie qlib3 d3 diligere vt illā hēant ꝓ viri
bus laborare. Nā q̄3uis pp ip̄ſius bonita
tem ⁊ pulchritudinē ab oibus diligaṫ: tn̄
ſine virtuoſis opibus non habeṫ. ¶ Hoc
aūt fuit nob̄ figuratū: gen̄. 29. Ubi ſnial'r
dr̄ ꝙ labā hūit duas filias: vnā que voca
baṫ racel q̄ erat ſpecioſiſſima: q̄3 dilexit
iacob: ⁊ vt ſibi copulareṫ: ſeruiuit ꝓ ea. 7.
annis. aliam vero que vocabatur lya que
erat lippis oculis. cum igitur Jacob vel
let cōiungi Racheli: non potuit niſi pri⁹
cōiungeretur lye: quia ſic mox erat reli
gionis illius. vt igitur Rachelem ha
beret ſeruiuit etiam pro Lya. 7. annis. ⁊
ſic poſt copulationem cum Lya: coniun
ctus fuit racheli. ¶ Ubi ſciendu3 ꝙ per
Laban qui interpretatur: candidatio in
telligiṫ deus qui eſt puritas ⁊ cādor vite
eterne. Iſte dicitur habere duas filias. i.
duas vitas vnam cōtemplatiuā que erit

in pñia: ⁊ aliá actiuá q̃ eſt i hoc mundo. ꝯ
templatiua celeſtis pñie ſignificaẗ p Ra
chelé q̃ erat pulcherrima: q̃ ét dr̃ vidés
dñm. ⁊ ibi clare dñm videbim⁹. iuxta illd̃
.1. Jo. 3. Scimus qm̃ cum appuerit ſimiles
ei erimus: qm̃ videbimus eũ ſicuti é. Acti
ua vo ſignificaẗ p Lyam non ita pulchrá
⁊ interpraẗ laborioſa: q: dum i hoc mũdo
viuimus ſum⁹ ꝯtinue i labore. Naʒ iuxta
illud Job. 5. Homo naſciẗ ad laborem ⁊
auis ad volãdum. ¶ Per Jacob át qui
luctator vel ſupplantator interpraẗ: itellr̃
qlibʒ viator: q luctari hʒ ꝯ carné: mũdum
⁊ dyabolum. q: Job. 7. Militia eſt vita
hois ſup terram. q̃ʒ luctam ſi vicerit dič
ſibi dñs Apoč. 2. Uincẽti dabo edere d̃ li
gno vite ꝙ é in paradiſo dĩ mei. Jſte dr̃
dilexiſſe Rachelé: q: non eſt aliqs q vitá
eternam nõ diligat: eo ꝙ ibi ſit ois boni
adeptõ ⁊ carentia ois mali: pp ꝙ dixit do
minus Moy. dicẽti ſibi: oñde mihi gl'aʒ
tuá. Exo. 33. Ego inqt oñdaʒ tibi oé bonũ.
¶ 2° per iſtas nuptias intelliguntur nu
ptie quas deus fecit: quando xp̄s vniuit
ſibi eccl'am catholicam per ſaluificam re
demptiōem:de quibus figuratiue dicitur
Mach.10.Ubi dr̄ ꝙ Ptolomeꝰ tradēs
filiam ſuam Cleopatram Alexandro:fec̄
nuptias in magna gl'a. ¶ Ubi ſciendum
ꝙ p Ptolomeum q iterpꝛetat̄ ad menſu
ram deducēs itell'r d̄us pater:cui dicitur
ſap.ij.Omnia in menſura⁊numero:⁊ pon
dere diſpoſuiſti dn̄e. Per Alexandrum
qui interpꝛetat̄ auferens anguſtias tene
bꝛarum:intell'r xp̄s q iuxta illud Jo.1.eſt
lux v̄a q̄ illu.o.ho.ve.in hunc mundum.
⁊ ſic per ſuam lucem aufert tenebꝛas pec
catoꝝ.Per Cleopatram ēt que iterp̄tat̄
congregans agnitos: intell'r ſancta mat̄
eccl'a in qua eſt ꝯgregatō viroꝛum fideliū
d̄um cognoſcētium ꝑ fidem. iuxta ꝙ d̄ ſu
is fidelibus ſb̄ nomie ouium dic̄ xp̄s Jo.
10.Ego cogno.o.meas ⁊ co.me mee. Deꝰ
igit̄ pr̄ figuratꝰ ꝑ Ptolomeū: Alexādro
i.xp̄o yhu:tradidit ſcām mr̄em eccl'am ſi
gnificatā ꝑ Cleopatrā:ipam ſp̄ualr̄ d̄ſpon
ſando:ꝙ cognoſcēs apo.d.Eph̄.5.Sacram̄
tū h̄ magnū ē:ego āt dico i xp̄o ⁊ i eccl'a.
¶ 3° ꝑ iſtas nuptias itll'r nuptie: q̄s
d̄s fec̄ qn̄ xp̄s vniuit ſibi d̄uotā aiaꝫ ꝑ gr̄a
tā ihabitatōeꝫ.d̄ qbꝰ figuratiue dici p̄t ꝙ
dr̄ gn̄.29.vbi dr̄ ꝙ Labā vocatis multis ami
coꝝ turb̄ ad ꝯuiuiū fec̄ nuptias iacob ⁊ ra
cheli.¶ Ubi ſciendū ꝙ ꝑ labā q interp̄ta
tur candidus:intelligit̄ deꝰ pr̄ in quo eſt
ois candoꝛ puritatis. Per iacob qui lucta
toꝛ interp̄tat̄:itelligit̄ xp̄s qui luctā fec̄ ꝓ
nob̄ cū dyaꝰ ip̄m deuicens in cruce. Per
rachelem āt q̄ vno modo interp̄tat̄ ouis i
telligit̄ fidel' aia q̄ inſtar ouis dꝫ hēre mā
ſuetudinē ⁊ inocentiā cū bonoꝝ opum fru
ctu.Labā igit̄.i.deus pr̄:iacob.i.xp̄o eius



filio:⁊ racheli.i. aie fideli fac̄ nuptias qn̄
ip̄am xp̄o vnit ꝑ gr̄aꝫ.ꝙ cognoſcēs apl's
dic̄ aie deuote.2.Coꝛ.ij.Deſpondi eni vos
vni viro virginē ca.exhi.xp̄o.¶ Dr̄ āt ꝙ
ad iſtas nuptias multi ſunt vocati: q: ad
ip̄as interſunt ſp̄ūs angelici gaudētes ⁊
dn̄tes Apoc.19. Gaudeamus ⁊ exultemꝰ
⁊ demꝰ gl'iam deo q: venerūt nuptie agni
⁊ vxoꝛ p̄parauit ſe datū eſt illi vt coopiat
ſe ſplēdēti biſſo ⁊ cādido. Ubi potes ad
uertere qual'r in iſtis nuptijs debes aiam
tuaꝫ pꝛeparare: q:.ſ.coopire eā biſſo ſplē
denti ⁊ candido.Ubi ſciendū ꝙ ꝑ biſſum
ꝙ de terra naſcit̄ itelligit̄ v̄tꝰ humilitatis
q̄ꝫ debes aſſumere cū puritate m̄tis ⁊ coꝛ
poꝛis ſignificata ꝑ cādoꝛē byſſi:⁊ cōuerſa
tionē honeſtā ꝑ ſplendoꝛē eiꝰ deſignatā ⁊
ſic aia efficit̄ ꝑ gr̄am ſp̄ōſa xp̄i. ¶ Quar
to ꝑ iſtas nuptias: intelligunt̄ nuptie q̄s
deꝰ fec̄:qn̄ xp̄s vniet ſibi fidelē aiam per
magnificā gl'ificationē.d̄ quibꝰ figuratiue
dr̄ Heſter.2.vbi ſnialr̄ di'.ꝙ qn̄ rex aſſue
rus coꝛonauit reginā heſter:⁊ ip̄aꝫ ſibi co
pulauit in ꝯiugium fecit ꝯuiuiū magnifi
cum ꝓ ꝯiunctiōe ⁊ nuptijs heſter.¶ Ubi
ſciendū ꝙ ꝑ aſſueꝝ qui interp̄tat̄ beatitu
do intelligit̄ deus q eſt beatitudo noſtra.
Per heſter āt q̄ iterp̄tat̄ elleuata i ppl'is
intelligit̄ fidel'aia q̄ tūc elleuari dr̄: qn̄ in
celeſti patria cum angelis collocatur vt
ibi idiſſolubili vinculo cum xp̄o ſit cōiun
cta.Pro cuius cōiunctiōe dicunt̄ nuptie
fieri in ſignum leticie ſempiterne. de qui
bus Apoc̄.19.Beati qui ad cenaꝫ nuptia
rum agni ſunt vocati.¶ Q^m ad 2^m.ſ.be
niuolentiam domini iuitantis dic̄. Et miſit
ſeruos ſ.⁊c.Ubi ſciendum ꝙ magna beni
gnitas xp̄i eſt in aliquo magno dn̄o quā
do alios ad cōmunicatōem bonorum ſuo
rum iuitat.magna tn̄ ex parte inuitatoꝝ
repꝛehenſio q̄ iuitatōem renuunt libalē.
Secundum hoc igit̄ in parte iſta duo poſ
ſumus ꝯſiderare.ſ.
Libalitatē dn̄i cōmēdandam.

Malignitatē ppl'i deteſtandam.
¶ Q^m ad p^m dicit. Et miſit ſeruos ⁊c.
Ubi ſciēdum ꝙ per iſtos inuitatos intel
ligitur totum genus humanū ꝙ d̄s inui
tat ad nuptias quas fecit xp̄o filio ſuo:q:
ab initio mundi vſqꝫ ad diem iudicij oēs
per meritum paſſionis xp̄i inuitati ſunt
ad vnitatem fidei in hoc mundo ꝑ gr̄am
vt poſtmodum in futuro ꝑ gloꝛiam adu
nentur.Ut poſſit figurari per regē aſſue
rum de quo ſnial'r dr̄ Heſter.1.ꝙ fec̄ grā
de conuiuium ad ꝙ iuitauit omnem po
pulum qui inuentus eſt i ſuſis.¶ Ubi ſci
endum ꝙ ꝑ iſtum regē itll'r d̄s pr̄ qui iu
xta illud Apoc̄.19.regnum eſt rex ⁊ dn̄s
dn̄antium.Per ppl'm āt qui erat i Suſis
intelliguntur oēs hoies huiꝰ mundi.Sic̄
igit̄ ꝫm Criſo. Rex Aſſuerꝰ oēm ppl'm
qui inuentus eſt i Suſis iuitauit ad tp̄ale
cōuiuiū. ſic d̄s oēs hoies iuitat ad ꝯuiui
um ſp̄ūale.Unde Joel'.2.Uocate cetuꝫ. cō
gregate ſenes ⁊ omnes habitatoꝛes terr̄
ad domum dei noſtri.¶ Quantū ad ma
lignitatem populi deteſtandaꝫ dic̄. Et no
lebant venire. Ubi ſciendum ꝙ per hoc
ꝙ homines ad iſtas nuptias inuitati per
pꝛophetas noluerunt vēire datur nobis
intelligi eoꝛum malitia: quia citius eli
gebant ſecundum mundum viuere:q̄ꝫ ad
deum conuerti per opera virtuoſa.de qui
bus Zach.ſeptimo.Coꝛ ſuum poſuerunt
vt adamantem ne audirent legem ⁊ ver
ba que miſit dominus exercituum in ſp̄i
ritu ſuo per manum pꝛophetarum p̄oꝛuꝫ.
¶ Unde tales poſſunt figurari per vi
ros Juda ⁊ Jeruſalem: de quibus ſentē
tialiter dicitur .2. paral'.24. quod dereli
querunt templum dei patrum ſuoꝛum ſer
uieruntqꝫ ſculptilibus: ⁊ iratus eſt deus
contra Judam ⁊ Jeruſalem pꝛopter hoc
peccatum.mittebatqꝫ eis Prophetas vt
reuerterentur ad dominum: quos pꝛo
teſtantes illi audire nolebāt.¶ Ubi ſciē.
ꝙ ꝑ iſtos hoies derelinquētes templū ⁊

ſeruiētes ſculptilib⁹:intelligunt peccato res q derelinquētes ſpūalia ſignificata p templū in quo adoꝛat dñs:dant ſe mundi ⁊ carnis delitijs p ſclptilia deſignatis.qꝛ ſicut ſculptilia hñt ſimilitudinē reruꝫ quarū ſunt ſculptilia:non tñ ſunt res ille:ſic dli tie mūdane ⁊ ſi aliqꝫ delectatōeꝫ videant hr̄e:tamen nō eſt vera:ſed falſa ducēs in interitū ſempiternū. Vñ pꝛouer.14.Via que v i det homini recta nouiſſima átei⁹ dedu cēt ad moꝛtē.cōtra igit tales iratur dñs ꝓpter eoꝛum peccā.¶ 2m ad inſtantiam nūtij expꝛīmētis dicit.Jteruꝫ miſit alios ſuos ⁊c.vbi ſciēdū ꝙ ſignū magne liberalitatis ē:ꝙ hō nō ſolū offerat alijs bona ſua:ſed ēt eos ad h inſtāter induc:q tanto plꝰs ſunt repꝛhenſibiles ꝙto iª bōa inſtātius offerunt:maxime āt ſunt repꝛhēſibiles:ſi nō ſolum renuūt:ſed ēt nūtijs inuitantib⁹ inferūt iniurias pſonales.Sm h igit in 1ª pte duo poſſum⁹ ꝯſiderare.ſ.

Nunciorꝫ inſtantiā inducētem.

Inuitatorꝫ maliciā pſequētem.

¶ Quantu ad pm dicit.Jteꝝ miſit alios ſeruos ⁊c.Vbi ſciendū ꝙ ſicꝫ p pꝛimos nūtios itelligebant pꝛophe veteris teſti:ſic p duos intelligunt apl'i qui miſſi fuerūt vt ad ſpūales nuptias hoies inuitarent. Vnd d eis dr̄ Luc.10.ꝙ miſit illos bi.añ fa.ſ.in oēm ciui.⁊ lo.quo erat ipſe vētur⁹.

¶ Sciendum ē āt ꝙ vt tam pmi ꝙꝫ ſcdi nuntij alliciāt homines ad iſtas nuptias ex pꝛecepto dñi:ipſaꝝ expꝛimit magnificū apparatū.d.Ecce pꝛādiū meū ⁊c.Vbi ſciedum ꝙ in conuiuijs regū conſueuerūt dari multa ⁊ pꝛetioſa fercula:ex qb⁹ conuiuia ꝯmendant.Et igitur ex iſtis ſenſibilibus ſm Jero.ducat nos ad conſiderandum celeſtia:Jdeo mentionem facit de ferculis tempoꝛalibus nominando ea: vt per hoc cognoſcamus in ſpūalibus nuptijs: magnitudinem ſpiritualium ferculoꝛum.

¶ Sciendum eſt etiam ꝙ per hoc ꝙ ſubiungitur ꝙ omnia parata ſunt:datur nob intelli ꝙ quicqd eſt neceſſarium ad nr̄as nuptias:ē nob ſine defectu aliq̄ ꝓparatū. Vbi ſciēdū ꝙ aliq̄ ſūt neceſſaria ad iſtas nuptias ſine qbus eē nō pñt: inter q̄ pꝛimum ⁊ pncipaliſſimū eſt xp̄i paſſio p ꝙꝫ nob apitur ianua padiſi.Vnde Criſo.ſup Math.oia pata dic q̄ ptinēt ad miniſterium dñice paſſiōis ⁊ nr̄e redēptōis.¶ 2m ꝙ ē neceſſariū:ē fides:qꝛ iuxta illō hebr. ij.Jmpoſſibile ē ſine fide placer̄ deo. Vñ Glo.vel p oia pata ſunt.i. itroitus regni apertus ē p fidē mee icarnatōis q añ fuerat clauſus.¶ 3m ꝙ ē neceſſariū:ē intellectus ſcripturaꝝ p quas dirigimur ad celeſtem pꝛiam acgrēdā.Vnde xp̄s diſciplis Jo.5.d.Scrutamini ſcripturas qꝛ vos putatis in ipſas vitā eternā hr̄e:⁊ iᶜ ſunt q̄ teſtioniū phibēt de me.Vnde Criſo.ſup Math.ꝙ aūt dr̄ ⁊ omnia parata ſunt:itelligitur ꝙ qcquid queritur ad ſalutem:iā adimpletum eſt in ſcripturis: q eni ignorans eſt:inuenit ibi ꝙ diſcat:q cōtumax ē inuenit ibi ꝙ timeat: q laboꝛat inuēit ibi pmiſſa qbus exercitur ad opus.¶ Jſtis igitur omnibus ſic paratꝫ:nos iuitat xp̄s ad nuptias p ſuos nūcios.d. Venite ad nuptias.Venite inqꝫ ſm Criſo.non pedib⁹: ſed fidē ⁊ moribus.¶ 2m ad inuitatoꝛum malitiam pſequētem dic.Jlli aūt neglexerunt.Vbi ſciēdum ꝙ lꝫ deus p ſuos nūcios inſtanter inuitet homines ad ſuas nuptias:tñ aliqui per aliquas occaſiones ꝓtendunt.Aliq vo qui nuncios interficiūt. Secundum hoc igitur triplicem inuitatorum malitiā tangit.ſ.

Ignauiā pigritantiū.

Aſtutiam excuſantium.

Inuidiam inuadētiū.

¶ 2m ad pꝛimum dicit. Jlli autem neglexerunt. Vbi ſciendum ꝙ aliqui ſunt ita pigri:ꝙ licet audiant nuncios inuitantes ad nuptias:tamen vt ad ipſas veniāt ſe non diſponunt:⁊ a deo recedunt:de quibus dicitur ſapie.3.Neglexerunt iuſtum



⁊ a dño receſſerunt. Non aduertentes illud puer.19.Qui negligit viam ſuā moꝛtificabitur. ¶ Quantum ad aſtutiā excuſantium dic.Et abierunt:alius in villā ⁊c. Vbi ſciēdū ꝙ opa dtrahētia hoiem ne veniat vocatus ad nuptias:poſſunt eē general'r duobus modis ad pñs:vno modo laboꝛādo manual'r ſicut exercere agrum: colere vineam ⁊c.⁊ iſti intell'ntur p illuꝫ qui dr̄ iuiſſe in villam ſuam. Alio mō lucrādo comutabil'r ſicut facere mercatōes ⁊ iſti intelliguntur per illū q dr̄ iuiſſe i negotiatōem ſuā.¶ Lꝫ aūt iᶜ videant implicite excuſatōes:tñ nō ſunt excuſatiōes legitime:iuxta illud Math.6.Querite pm regnum dei ⁊ iuſticiam eius ⁊ poſt h omnia adiicientur vobis.Vnde d his Criſo. ſup Math.O miſerrim⁹ mūd⁹ ⁊ miſi q eū ſecunt:ſemp enim mūdialia opa hoies exduſerūt a vita.¶ Quantū ad iniuriāꝫ inuadentiū dicit. Reliq vero tenuerūt h. ⁊c.Vbi ſciendū ꝙ tanta fuit malicia inuitatoꝛum ꝙ nō ſoluꝫ inuitati noluerūt ire: ſed tam ꝓphas:ꝙꝫ apl'os:ꝙꝫ etiam viros apl'icos eos vocātes ad nuptias:mul'tis illatis iniurijs occiderūt:iuxta ꝙ xp̄s dixit Mat.23.Ecce ego mitto ad vos ꝓphas ⁊ ſapientes:⁊ ſcri.⁊ ex ill' occi.⁊ cru.⁊ ex eis fla.in ſyna.v̄ris.¶ Sciendū eſt ēt circa iſtā totā ptem pꝛincipalē loquēdo moraliter ꝙ p iſtos inuitatos ad nuptias:intelligunt oēs hoies huius mundi q ſunt inuitati ad ſtatū gratie in iª mundo:⁊ ad ſtatum gl'e in futuro.Jnuitati aūt dicuntur:qꝛ ſicut in hūanis videmus ꝙ quādo ē aliquis miles alicui⁹ regis poꝛtans inſignia ⁊ veſtitus de rebus ſuis:eo ipſo inuitatus dicit ad regis curiam:ſic hō poꝛtans dei inſignia ⁊ arma:qꝛ ad imagineꝫ dei factus ē:eo ipſo eſt ad illas nuptias iuitatus.¶ Licet aūt ſic oēs inuitati ſint tñ multi pigri ſunt ad eas venire: ⁊ ideo deus ad vocāduꝫ eos mittit nūcios ſuos. Vbi ſciendū ꝙ p illos nūcios vno modo intelligunt inſpiratōes bone:quas deus imittit peccatoꝛi vt vēiat ad ſtatū gratie: p ꝙꝫ diſponit ad gloꝛiam obtinēdam.Et ſic iᶜ inſpiratōes figurent per ancillas ſapientie d qbus dicitur puer.9.ꝙ ſapª hedificauit ſibi domm:excidit columnas.7. miſcuit vinū ⁊ poſuit menſam miſit ancillas ſuas vt vocarēt ad arcem ⁊ ad mēia ciuitatis.Si qs eſt puulus veniat ad me.

¶ Vbi ſciendū ꝙ p illam domū ꝙꝫ hedificauit ſapª:intell'r celeſtis patria ꝙꝫ deus hedificauit habitaculū beatoꝛum.Jn qua dr̄ excidiſſe colūnas.7.vel pp vniuerſitatem oium bonoꝛum q̄ poteſt p numeruꝫ ſeptēnariū ſignificari:vel pp.7.dotes quā ſanctis in celeſtis patria dabunt.qꝛ quamtum ad animā habebūt clarā viſioneꝫ:ſuauem fruitōem:⁊ firmā tentiōem.quantuꝫ vero ad coꝛpus:claritatem:impaſſibilitatem:agilitatem ⁊ ſubtilitatē. Et ſic iª domus de qua dicit ps. Gloꝛia ⁊ diuicie in domo eius ⁊ iuſticia eius māet in ſe. ſeculi.¶ Dr̄ autem deus miſcuiſſe vinum ⁊ poſ.mēſā.Vbi ſciendum ꝙ per vinū moꝛdens intelligitur diuina iuſticia punitia: ꝙ deus tunc miſcuit: qñ ipſam per miſericoꝛdiam temperauit. Per menſam vero in qua homines coꝛpoꝛaliter ſatiantur:intelligitur illa celeſtis ſuauitas: qua omnes beati delectabiliter ſatiantur. Et ſic verificetur illud ps. Memoꝛiam fec mirabilium ſuoꝛum mi.⁊ mi. domin⁹ eſcam de.ti.ſe.¶ Sic igitur hedificata domo celeſti.⁊ miſericoꝛditer oium habundantia perpetrata: miſit dominus ſuas ancillas i.bonas inſpiratōes per quas homies vocantur ad menia illius ciuitatis: cuius erunt heredes:iuxta illō.1.Pe.5. Jn hoc vocati eſtis vt beatitudinem hereditate poſſideatis.Qui tamen ad hanc vocētur audi quid ſequitur.Si quis eſt paruulus i.humilis cui celeſtis gloꝛia paratur: vēiat ad me.Et hoc eſt ꝙ xp̄s dixit Math. 19.Sinite paruulos venire ad me:talium

eſt enim regnum celoꝛum. ¶ Uel ꝑ illos
nuncios intelliguntur ꝑdicatoꝛes veredici
vocãtes inuitatos ad ſtatuʒ grẽ: tanq̃ʒ ad
ſpũales nuptias in h mũdo: vt poſtmodũ i
nuptijs eternalib⁹ copulentur. Ut qlibʒ eoꝝ
figuretur ꝑ Moy. d quo ſnialr dr deutero.
29. ꝙ vocauit Moy. oẽm iſrl'eʒ ⁊ reduxit
eis ad mẽoꝛiã beneficia q̃ fecerat eis dñs
extrahẽdo ĩpos de egypto ⁊ de ſeruitute
pharaonis: ⁊ qualr eos pauerat ⁊ ꝯſerua
uerat in deſerto ⁊ liberauerat eos d mãu
inimicoꝝ ſuoꝝ: ⁊ ꝓmiſerat eis terrã lacte
⁊ melle manãtem. ¶ Ubi ſciendũ ꝙ per
Moy. intellr qlibet veritatꝭ annũciatoꝛ.
Per pplm aũt iſrlicuʒ intellr totuʒ gen⁹
humanũ cui inſtar Moy. dʒ annũciare q̃
liter xp̃s yh̃s ꝑ meritũ paſſionis ſue edu
xit eos de tenebꝛis peccatoꝛũ ⁊ liberauit
a dyaboli ſeruitute ⁊ qualr in h mundo
eos gubernat ⁊ regit: ⁊ dfendit ab inimi
coꝛũ inſidijs: ⁊ ꝓmittit eis celeſtẽ patriaʒ
in qua ẽ habũdantia oĩs boni: vt ſic iſtis
reductis ad memoꝛiã: vẽire ad nuptias ñ
pigreſcãt. ¶ Sciendũ eſt ãt ꝙ lʒ deus ita
diuſimode: ꝑ ſuos nũcios hoĩes vocet: tñ
mlti ſunt q diuerſimodẽ vt in textu innuitur
vẽire cõtẽnũt: ⁊ iſti ſunt oẽs peccatoꝛes.
Ubi ſciendũ ꝙ aliq ſunt peccatoꝛes: qui
nec bonum cogitãt nec ẽt operantur: ⁊ iſti ſi
gnificantur ꝑ illos qui nolebant venire: d
quoꝛum quolibet dicit ꝑs. Uerba oꝛis ei⁹
iniqui. ⁊ dolus: nol. intel. vt bene ageret.
¶ Unde tales figurantur per populum
Iſraeliticũ: de quibus dicitur. i. Re. 8. No
luit autem populus audire voceʒ ſamuel.
¶ Ubi ſciendum ꝙ per populum Iſrlic.
inobedientem intelliguntur peccatoꝛes.
Per ſamuelem autem ꝓphaʒ intelligi
tur quilibet pꝛedicatoꝛ: ſic igitur popul⁹
Iſrliticus noluit audire Samuelem: ſic
ſunt multi peccatoꝛes qui vocem pꝛedica
tionis non audiunt vt de vijs ſuis peſſi
mis conuertantur ad opera virtuoſa.
¶ Secundo aliqui cõtẽnunt venire: quia
licet bonũ cognoſcãt ⁊ cogitent: tamen nõ
operantur ⁊ iſti ſignificantur per illos de qui
bus dr ꝙ neglexerũt venire. Unde tales
figurantur per illos egyptios de qbus dici
tur exo. 9. ꝙ cum Moy. cominatus fuiſſʒ
pharaoni ⁊ egyptijs deſcẽſuʒ magne grã
dinis que interficeret q̃ inuẽiret foꝛis in
agris ⁊ dediſſʒ eis conſilium vt ſeruos ⁊
aĩalia in dõibus recolligerẽt: qui timuit
ſermonem dñi de ſeruis phonis: fec cõfu
gere ſeruos ⁊ iumẽta in domo: ⁊ ſic euaſe
runt moꝛtẽ. Qui ãt neglexerũt voceʒ dñi
dimiſerũt ſeruos ⁊ iumẽta in agris: ſup
uenienſqʒ grando miſſa a deo interfecti
fuerũt. ¶ Ubi ſciẽdũ ꝙ ꝑ illos egyptios
intelliguntur exiſtentes in peccatis. Per
Moy. autem intelligitur pꝛedicatoꝛ verita
tis: qui peccatoꝛibus debet annũciare de
ſcenſum grandinis. i. ſeueritateʒ diuine iu
ſticie puniẽtem: ⁊ dare cõſilium ꝙ hoĩes
non dimittant ſeruos ⁊ iumenta in agro.
vbi ſciendum ꝙ ꝑ ſeruos ⁊ iumẽta intelli
gitur ſenſualitas: q̃ ideo ſeru⁹ dicitur: q:
debet ſubici impio rationis. Iumentũ ve
ro dicitur q: in ipſa cõuenit homo cũ ani
malib⁹ bꝛutis. Debʒ igitur ꝑdicatoꝛ euã
gelic⁹ inſtar Moy. annũciare ꝙ ſenſuali
tas nõ moꝛetur in agris. i. ꝙ nõ vagetur hinc
inde ꝑ illicita: ſed ꝙ includatur in domo. i.
ꝙ refrenetur iudicio rationis: ⁊ ſic q h ege
rit: diuinã iuſticiam poterit euadere: ⁊ ſic
fugere moꝛtem. qui autem audire negle
xerit venit ſuper eum grando. i. diuina iu
ſticia ipſum interficiens. ¶ Tertio ali
qui contẽnunt venire. qui mala cõmittũt
per peccatum ſuperbie: ſignificati per il
lum qui iuit in villam quia per villam ſe
cundum Yllarium intelligitur peccatum
ſuperbie: ⁊ ambitio dominandi: pp ꝙ ho
mines extolluntur. ¶ Quarto aliqui con
temnunt venire qui mala cõmittunt per
peccatum auaricie ſignificati per illum
qui iuit ad negociationem. quia ſecundm
Yllariũ per negotiatõem intellr peccatũ



auaricie quo qs anxi⁹ amoꝛe pecunie: ad
nuptias vẽire nõ poteſt. ¶ Tales figura
tur ꝑ filios agar d qbus dicitur barch. 3.
Filij quoqʒ agar exqſierũt pꝛudentiaʒ que
de terra eſt: ⁊ negociatoꝛes terre ⁊ thema
ti ⁊ fabulatoꝛes: ⁊ exqſitoꝛes pꝛudentie ⁊
intelligẽtie: viam aũt ſapĩe neſcierũt nec cõ
memoꝛati ſunt ſemitarũ eius. ¶ Ubi ſciẽ
duʒ ꝙ ꝑ filios agar q interpꝛetatur aduẽa:
intelliguntur hoĩes hui⁹ mũdi: in q̃ ſunt vt
aduene ꝯſtituti. Iſti dicuntur exqrere pꝛu
dentiã q̃ de terra ẽ: quantũ ad illos: q ſe
exercẽt i mercatiõib⁹ res vẽdẽdo ⁊ emen
do: q fabulatoꝛes ⁊ exqſitoꝛes pꝛudentie
dicuntur ⁊ intelligẽtie: q: in mercatiõib⁹ di
cuntur multa mẽdacia. Dicuntur ẽt negocia
toꝛes terre ⁊ themã quantũ ad illos qui
ſunt terrenis lucris intẽti terrã colendo:
qbus additur themã q interpꝛetatur auſter ⁊
ꝓſperitatẽ ſignificat: q: hoĩes i ſuis labo
rib⁹: vt in plibus: mundanã ꝓſperitatẽ in
tendunt. ¶ Lʒ aũt iſti miſerabiles hoĩes
ſic ſtudeãt mũdane aſtucie ꝯtinue anxian
tes vt lucrentur: ñ tñ volũt ſtudere vt ſciãt
veram ſapientiã nec ſic ibidẽ ſequitur vias
eius querere vt ſaluentur. Ut d eis merito
dicatur illud ſapĩe. 2. Neſcierũt ſacrã dei: nec
mercedẽ ſperauerũt iuſticie nec iudicaue
runt honoꝛeʒ animaꝝ ſuarum. ¶ Quinto
aliqui cõtẽnunt venire: q interficiuntur per
peccatuʒ luxurie: ſignificati ꝑ illos qui te
nuerũt nũcios ⁊ ꝯtumelijs affectos occide
runt. q: tales. oẽm bonã inſpiratõeʒ mun
dicie pulcrificã tem animã: interficiũt: duʒ
ipſam ſi aliquãdo accedat: a coꝛdib⁹ ſuis
expellũt. ¶ Unde tal figuratur per abime
lech de quo ſententialr dicitur Iudic. 9.
ꝙ occidit. 70. fratres ſuos ſup lapidem
vnum. ¶ Ubi ſciendum ꝙ ꝑ abimelech
homicidã qui fratres ſuos occidit: intellr
quilibet deditus carnis delitijs: in ſe ĩter
ficiens omnes cogitatiões honeſtas: ⁊ h
ſuper lapidem vnum. i. ſuper coꝛpus ſuũ
inſtar lapidis in malitijs obduratum.
¶ De talib⁹ ſic generalr vocatis ad nu
ptias ⁊ venire nolentib⁹ loquitur dominus
ꝓuer. i. ipſos repꝛehendẽdo. o. Uocaui ⁊ re
nuiſtis extendi manũ meam ⁊ non fuit q
aſpiceret: deſpexiſtis omne cõſiliuʒ meuʒ
⁊ increpatões meas renuiſtis: ego quoqʒ
in interitu vr̃o ridebo: ⁊ ſubſanabo: cũ vobĩ
ꝙ timetis aduenerit.

Secunda pars.

Equitur. Rex aũt cum vidiſſʒ ⁊c.
Ubi tangit ꝑpotentiã efficati⁹
vindicãteʒ ꝙ ꝓbat imperatũ ex
cidium. Ubi ſciendũ ꝙ ſic nos in hũanis
vidẽus: ita ſuo modo arguim⁹ i diuinis:
⁊ ideo ſic nos videm⁹ ꝙ quando aliquis
rex offenditur a ſuis ſubditis contra ipſos
iram oſtendit ꝑ penaʒ q̃ʒ infert: ſic quãdo
deus punit trãgreſſoꝛes pꝛo ſuis demeri
tis: dicimus ſecundum Criſoſtomũ. ipſuʒ ira
tum. Scdm h igitur in parte iª duo poſſu
mus conſiderare. ſ.
Pꝛeſidẽtis indignatiõem ratõabilem.
Offendẽtis punitiõem dãnabilem.
¶ Quantũ ad pꝛimũ dicit. Rex aũt cum
vidiſſʒ iratus ẽ. Ubi ſciẽdum ꝙ ſic aliqs
rex tẽpoꝛal: quãdo ſibi refertur iniuria fcã
ſuis nũtijs: iraſcitur ⁊ turbatur: ſic deus quan
do vidʒ ꝙ hoĩes quos ꝑ ſuos nũcios vo
cat ad celeſtẽ patriam: ipos deſpiciũt: iraſci
vt ſupius dcm̃ eſt dr. Ut ſic merito ſibi
poſſit dr̃e peccatoꝛes illd tren. 5. Pꝛohi
ciẽs repuliſti nos: irat⁹ es cõtra nos ve
hemẽter. ¶ Quantũ ad ſcdʒ dicit. Et miſ
ſis exercitibus ⁊c. Ubi ſciendum ꝙ iſtud
ꝙ dicitur hic d punitiõe diuina quantũ ad
ſenſuʒ yſtoꝛicũ intellĩ põt de ciuitate ierlm
⁊ habitatoꝛib⁹ ſuis. ¶ Sciendũ eſt ãt cir
ca iſtã pteʒ loquẽdo moꝛalr: ꝙ ꝑ iſtã ciui
tatẽ cũ ſuis habitatoꝛib⁹ q̃ ꝑcipitur ab irato
rege dſtrui ⁊ ſuccẽdi: intellr qlibet ꝑccõr
cuius habitatoꝛes ⁊ ciues ſunt potentie
quas de⁹ hoĩ dedit: que licet deberẽt eſſe
in rectitudie iuſticie ſic eas ds creauit: tñ
cõuerſe ſunt in oppoſitũ: dum. ſ. nullaʒ ho

ſum inſpiratõem in homine nutriũt:ſed
ipas interficiunt a ſe penitus expellẽdo.
cui ciuitati reꝓhẽdendo dicit dñs Is. prio.
Quõ fcã eſt meretrix ciuitas fidel' plena
iudicij iuſticia habitauit in ea: nunc autẽ
homicide. Qñ igit ds ſignificatus per re
gem audit iſta de homine vel ipa cogno
ſcẽdo q nouit oia: vel ãgelis nunciantib⁹
ad confuſionẽ pccõꝛ[?]s: tunc ꝯ ciuitatẽ iſtã
⁊ habitatores iraſcit vehemẽter. dicendo
eis illud Oſee. 8. Iratus eſt furor meus i
eis. Que qdem ira nobis daf intelligi in
ſubſequẽti operum miſſis exercitib⁹ de
ſtruit eam cũ habitatoribus ſuis. Ubi ſci
endum ꝙ per illos exercitus miſſos ad
pũiendum pccõrem per ciuitatem dſigna
tum itelligunf angeli per quos ds exer
cet ſuũ iudiciũ tanq̃ per ſuos miniſtros
Unde Grego. Angeloꝝ agmina ſunt exer
citus regis nr̃i. ¶ Unde tal' pccõr poteſt
figurari p ciuitatem Iericho: d qua ſniali
ter dr̃ Joſ. 6. ꝙ pñte Joſue clãgẽtib⁹ ſa
cerdotibus tub: funditus ad terram cor
ruit: d qua Joſ. dixit: ſit ciuitas h anathe
ma. ¶ Ubi ſciẽdum ꝙ per ciuitatẽ iſtã
Iericho que interꝓtatur luna q̃ ſignificat
dfectum intllr pccõꝛ: vitijs ⁊ dfectib⁹ ple
nus. Aſſiſtẽte igitur extrẽo iudicio ſigni
ficato per Joſ. angelis ſignificatis per ſa
cerdotes clãgẽtibus tub ⁊ homines vo
cantibus ad iudiciũ: tunc qlibȝ pccõr iſtar
ciuitatꝭ Iericho corruet in profundum in
ferni. Qui ſnia anathematis percutietur
a xp̃o: quando omnibus reprobis dabif
maledictõ ꝙ in infernum deſcẽdãt. iuxta
illd Math. 25. Diſcedite a me maledicti
in ignẽ eternũ ꝙ patũ ẽ dyabolo ⁊ angel'
eius.

Tertia pars.

s Equtur. Tunc ait rex ſeruis ſ. nu
ptie ⁊c. Ubi tangit diligẽtiam
benignius transferentem. ꝙ ꝓ
bat cõmutatũ ꝯſortium. Ubi ſciendum ꝙ
bonũ q: de ſui natura eſt ſui ipſius cõica
tiuum: ex quo pȝ ꝙ bonum dȝ cõmũicari
lȝ ab aliqbus pp eorum malitiam reſpua
tur: non tñ dȝ pp h i ꝯmũicatũ manere: ſȝ
loco illoꝝ q ſe reddunt indignos dȝ alijs
ſubrogari. Licet igit q prius inuitati fue
rant ad nuptias indignos ſe fecerint: tñ
nuptie incomplete eſſe non dbẽt: ſed loco
priorum alios ſubrogare. Scd̃m hoc igit
i parte iſta quattuor poſſum⁹ ꝯſiderar ſ.
Indignoꝝ reprobatõem.
Alioꝝ ſubrogat õem.
Miniſtroꝝ executõem.
Vocatorum adunatõem.
¶ Q^m ad ꝑmum dic. Tunc ait rex ſuis
ſ. ⁊c. Ubi ſciẽdum ꝙ per illos ꝑus voca
tos: vno modo loquendo allegorice intelli
guntur iudei qui principal'r ad iſtas nup
tias. ſ. ad vnitatem fidei Chriſti ⁊ ad eter
nas nuptias fuerunt vocati. iuxta illud
Ro. 1. Uirtus enim dei eſt in ſalutem om
ni credenti: iudeo primum ⁊ greco.
¶ Alio modo loquendo moraliter per il
los primo vocatos intelliguntur homies
in ſuis malitijs obſtinati: quos tamen d
us vocat vt ad ſtatum penitentie veniãt
⁊ ad eccleſie vnitatẽ: iuxta illud Chriſti.
Math. 9. Non enim veni vocare iuſtos
ſed peccatores ad penitentiam. Et ſignan
ter dicit: ad penitentiam: q: lȝ iuſti princi
paliter ad regnum celorum vocenf: tamẽ
cum ſint iuſti non egent penitentia: pecca
tores autem oportet prius vocare ad pe
nitentiam q̃ȝ ad regnum celorum. ¶ Lȝ
tñ a dño vocenf miſerabil'r ſeipos reddũt
indignos ex eoꝝ mal' opibus: pp ꝙ a dño
reprobanf. ¶ Q^m ad 2^m. ſ. aliorum ſubro
gatõem dicit. Ite ergo ad exitus viarum
⁊c. Ubi ſciẽdum quantũ ad ſenſuȝ allegori
cum: ꝙ q: iudei inuitati noluerunt venir.
Ideo ſm Remigium gentilis populus
ſbrogaf. ¶ Sciẽdũ ẽ ãt quãtũ ad ſenſum
moralẽ ⁊ tropologycũ ꝙ ꝑ exitus viaꝝ ad
quos mittunf nuncij: intellitur peccato
res uõ tñ in ſuis vitijs obſtinati q repro
baꝭ obſtinaꝭ ad nuptias vocãf. Ubi ſciẽ.



ꝙ ꝑ viam intelligunf bona opa: q: ſicͣ via
ducͣ ad terminũ: ſic bõa opa ducũt i ꝑadi
ſum. ¶ Uel ꝑ viam intellr mũdana occu
patio. Per exit⁹ vero viaꝝ carẽtia occu
patiõis mũdane. q: multi ſunt q carẽtes
reb⁹ tẽporalib⁹: nõ occupanf in ipis: ⁊ iſti
qñ vocanf ad nuptias facilius veniũt: q:
nõ retrahunf per ſolicitudinẽ terrenorũ
Uñ Greg. In ſcriptura ſacra viã actiões
accipim⁹: q: illi plerũq̃ facile ad deum ꝑ
ueniũt quos i terrenis actiõibus ꝓſpera
mala ꝯmittanf. ¶ Q^m ad 3^m. ſ. miniſtro
rum executõem dic. Et egreſſi ſerui ⁊c.
Ubi ſciendũ ſiue intelligaf allegorice q^m
ad vocatõem gentil' ppli: ſiue tropologyce
q^m ad vocatõem oium hoium general'r
ꝙ q̃ȝdiu ſumus i hoc mũdo: nõ poſſũt ſic
diſcerni boni a mal' qn ſint mixti i eccl'ia
militante. ¶ Si igitur intelligatur gene
raliter de illis qui nunc ſunt in eccl'a qui
xp̃iani dicuntur inueniemus iter ipos ſȝ
Grego. diuerſitatem vt aliq poſſint dici
boni: alij vero mali. Ad oẽs igif homies
ſiue gentiles ſint ſiue xp̃iani mittunf nũ
cij q vocent ad nuptias: non faciendo dif
ferentiaȝ iter bonos ⁊ malos. q: q̃ȝuis ali
quando mali vocentur: efficiũtur poſtmo
dum relictꝭ vitijs boni per opera virtuo
ſa. ¶ Q^m ad quartum. ſ. vocatoꝝ admi
ratõem dic. Et implete ſunt nuptie diſcũ
bentium. Ubi ſciendum ꝙ q: ad predica
tõem apl'orum: d quibus ꝑs. In omnẽ ter
ram exi. ſonus eorum ⁊ in fi. orbis terre
ver. eorum. ⁊ ad predicatõem ſucceſſoꝝ:
q̃ꝝ cuilibȝ dr̃. 2. thy. 4. Predica vbũ: iſta
opor. ipor. arg. icrepa obſecra in oi pacia.
⁊ doctrina multi ſunt conuerſi ad fidem:
iõ dñr plene fce nuptie diſcũbẽtium. Uñ
Greg. Nuptie. ſ. xp̃i ⁊ eccl'e ſut iplete: duȝ
reſtituti dõ q ab aplis ſunt iuẽti recubue
rũt ad epulãdũ i nuptijs. Quarta ꝑs.

s Equtur. Intrauit ãt rex vt vide
ret diſcũbẽ. ⁊c. Ubi tigit ſapiam
euidẽti⁹ diſcernẽtẽ. ꝙ ꝓbat ꝯtẽ
platũ collegiũ. Ubi ſciẽ. ꝙ lȝ ex libalitate
dei oẽs iuitenf ad nuptias: illi tñ q volũt
in ipſis ꝑmaneñ vt ſatienf eternal'r: dbẽt
apte q^m ẽ ex ꝑte ſua ſe diſpõere: vt ſi ma
li erãt añ vocatõem poſt ipam efficiãtur
boni: q: nullus niſi bon⁹ põt ibi ꝑmanere
⁊ iõ ds quos videt ineptos in nuptijs: lȝ
eos ſua benignitate vocauerit: tñ pp eoꝝ
negligẽtiam q: nõ ſe ornant vtutibus ex
pellit. Scd̃m h igif i ꝑte iſta tria poſſum⁹
conſiderare. ſ.
Diſcuſſiõis meritorum diligentiam.
Obiurgatõis indignorum euidẽtiam.
Excuſatõis reproboꝝ carentiam.
¶ Q^m ad ꝑmum dic. Intrauit autẽ rex
⁊c. Ubi ſciẽdũ ꝙ lȝ ds ſit vbiq̃ pp ſuã po
tentiã iuxta illud ſapiẽtie. 7. attingit aũt
vbiq̃ pp ſuã mundiciã. ⁊ lȝ oia cognoſcat
iuxta illud eccliaſtici. 23. Oia vidit ocul⁹
eius. Unde ꝑs. Ecce dñe tu noſti oia no
ua ⁊ antiqua. tñ intrare ⁊ videre dr̃ ſcd̃m
Criſo. dum illud ꝙ ſpeculatiue cognoſce
bat de hoie ponit in effectu: ipm ſm ſua
opa iudicãdo. ¶ Sciẽdum ẽ aũt ꝙ ꝑ ve
ſtem nuptialem itelligunf virtutes ⁊ ſpe
cialiter caritas ſine q̃ q̃ȝuis hõ poſſit eẽ i
eccl'a militãte: nõ tñ i triũphãte. Uñ apo.
1. cor. 13. Si hũero oẽm fidẽ ita vt mõtes
trãſferã: caritatẽ ãt ñ hũero nihil ſũ. Ad illã
aũt veſtẽ virtutũ habendã induc xp̃s quẽ
libet nr̃m figuratiue Apoc. 2. d. Suadeo ti
bi a me emere auꝝ ignitũ vt locuplex fias
⁊ veſtimẽtis albis induearis vt nõ appa
reat confuſio nuditatis tue. ¶ Ubi ſcien
dũ ꝙ ꝑ illd auꝝ itelligif caritas: q: ſicut i
ter metalla auꝝ ẽ nobili⁹: ita inter vtutes
caritas obtĩet principatũ. ¶ Nõ ſolũ ãt ſua
det hoi auꝝ caritaꝭ ab ipo emere: ſȝ ẽt vt
alb⁹ veſtib⁹ iduaf ꝑ puritatẽ mẽtis ⁊ cor
poris ⁊ ꝯuerſationẽ honeſtã. vt ſit d illi⁹:
d qb⁹ ipe dic apoc. 3. Qui ñ coiqnauerũt
veſtimẽta ſua ambulabũt mecͣ i alb: q: di
gni ſt. ¶ Q^m ad 2^m. ſ. obiurgatõis indi
gnoꝝ euidẽtiã dic. Et ait illi amice ⁊c. vbi

ſcie.ꝙ ds pccōꝛe ꝗ̄ videbat intraſſe nu
ptias militantꝭ eccľe ꝑ fidé fictā ſine cari
tate ſignificata ꝑ veſté ipos acriter repꝛe
hédet ddo illd ps. Exiſtimaſti iniq ꝙ ero
tui ſilis: arguam te ⁊ ſta. ꝯ fa. tuā. ¶ Sci
endū eſt āt ꝙ lꝫ ds pccōꝛem ingrat d ſuis
malitijs: tn̄ ipm vocat amicū: rōne natu
re q̄ꝫ creauit q̄ bōa ē. ¶ Q^m ad 3^m. ſ. ex
cuſatōis repꝛoboꝝ carētiā dic. At ille ob
mutuit. Ubi ſciédū ꝙ qn̄ ds i extremo iu
dicio repꝛhédet pccōꝛem de ſuis malitijs
ſibi rn̄dere nō poterit increpatus. Unde
Grig. Et qm̄ q peccat ⁊ nō iduit dn̄m yh̄ꝫ
xp̄m nō habet excuſatōeꝫ aliq̄ꝫ: iō ſeqtur.
At ille obmutuit.

Quinta pars.

s Equr. Tunc rex ait miniſtris
ligatis ⁊c. Ubi tangit iuſticiam
accerbi⁹ pūienté. ꝙ ꝓbat comia
tū ſuppliciū. Ubi ſcié. ꝙ ds nō ſolū diſcer
net merita ſinglo: nec ſolū repꝛhédet pec
catoꝛes d ſuis malitijs: ſꝫ ét grauiter pūi
et trāſgreſſoꝛes. Scōm h̄ igit in pte iſta
duo poſſum⁹ ꝯſiderare. ſ.

Peccatoꝛis pēalé flagellatōem.

Sermōis generalé applicationé.

¶ Q^m ad p^m dic. Tūc ait rex miniſtris
⁊c. Ubi ſcié. ꝙ in extremo iudicio dabitur
ſnia ꝯ pccōꝛé ꝙ pūiaꝛ tā q^m ad penā dāni
q̄ꝫ ét ad penā ſeuſus: nec ab iſtis poterit
fugere: qꝛ nō reſtabit āpli⁹ loc⁹ merendi.
nec locus pnie ſꝫ ſolūmodo afflictionis ⁊
pene. Ut ſic pccōꝛi ſniato dicaꝛ illud Job
41. Mitte ꝯ eū fulmia. qꝛ ꝯ pccōꝛé mitten
tur due ſnie ꝙ nō poterit effugere. Bm h̄
igiꝛ q^m ad pūitōeꝫ pccōꝛis tria poſſumus
conſiderare. ſ.

Defectōeꝫ opis reſpectu grē. qꝛ ligaꝛ pe.
d ⁊ ma.

Excluſiōé luis reſpcū gľe: qꝛ pōiꝛ i te. exti.

Afflictōem coꝛpis reſpectu gehéne: quia
ibi erit fle. ⁊ ſtri. dentium.

¶ Q^m ad p^m dic. Tūc ait rex miſtris ⁊c.
Ubi ſcié. ꝙ ꝑ pedes ſtīnꝛ opa ⁊ illa liga
bunꝛ: qn̄ nō erit facltas bn̄ volēdi nec ope
rādi. Ut tūc ſibi dicaꝛ illd eze. 3. Fili hoīs
ecce data ſunt ſuꝑ te vincula ⁊ ligabūt te
i eis: ⁊ nō egredieris. ¶ Q^m ad excluſio
né luis reſpectu gľe dic. Mittite eū i te.
exteri. Ubi ſciendū ꝙ ꝑ tenebꝛas vbi eſt
carētia luis daꝛ intelli. pēa dāni lūis gľe
qꝛ ſemp pꝛiuati dio luie: in tenebꝛis pma
nebūt. Ut ſic verificeꝛ de eis illud naū. 1.
Inimicos ei⁹ pſequētur tenebꝛe. ¶ Q^m
ad afflictiōeꝫ coꝛpis reſpectu gehēne dic.
ibi erit fle. ⁊c. Ubi ſciéduꝫ ꝙ n̄ ſolū hoīes
mali pūienꝛ pēa dāni. ſ. carētia viſiōis di
uine: ſed ét pena ſenſus. ſ. q^m ad remoꝛſuꝫ
cōſcientie intrinſecus. iuxta ꝙ d eis dicꝛ
Iſ. 66. Uermis eoꝝ nō moꝛieꝛ. ⁊ ignis eo
rū non extingueꝛ. ¶ Q^m ad 2^m. ſ. ſermo
nis generalé applicatiōem dicit. Multi
ſunt vo. pa. vero electi. Ubi ſciendūꝫ ꝙ lꝫ
omnes hoīes vocet ad nuptias i h̄ mun
do ꝑ ſid ⁊ grām: ⁊ in futuro ꝑ glām: qꝛ iu
xta illud. 1. Ty. 2. Ipſe vlt omnes hoīes ſal
uos fieri: tn̄ pauci ſunt q ad illas nuptias
finalr eliganꝛ. ¶ Ex iſto aūt verbo: multi
ſunt vo. pa. vero electi. datur mā cuilibꝫ
humiliādi ⁊ nō ſupbiendi: qꝛ valde ptime
ſcendū é dum ignoꝛat vtrū ad illas nupti
as finaliter ſit elect⁹. Nam iuxta illud ec
cleſiaſtes. 9. Neſcit hō vtrū odio an amo
re dign⁹ ſit. Un̄ Raban⁹ tanto vnuſqſqꝫ
vrm in hūilitate ſe dpꝛimat: q̄ꝫto ſi ſit ele
ctus ignoꝛat. ¶ Sciendū eſt āt ꝙ 1^o mul
toꝛum vocatio ⁊ paucoꝝ electio fuit figu
rata in filijs Iſrľ quos oēs deus vocauit
de egypto: vt irét in terram ꝓmiſſionis.
⁊ tn̄ non niſi duo intrauerūt. ſ. Joſ. filius
nū: ⁊ caleph fili⁹ Jephonie iuxta ꝙ ſnialr
dꝛ Numeri. 14. ¶ Ubi ſciendū ꝙ ꝑ filios
iſrael quos de⁹ de egypto vocauit ad ter
rā q̄ꝫ eis ꝓmiſerat intelligiꝛ totū genus
humanū ꝙ de⁹ vocat ad celeſté pr̄iam: tn̄
ſicut de tāta multitudine: nō eſt ingreſſus
terrā ꝓmiſſam niſi duo. ⁊ ét ſicut iſti duo
in tantā multitudiné ſoli duces ppli ele
cti fuerūt: ſic ét lꝫ multi. ymmo oēs voca
ti ſint ad celeſtes nuptias. tn̄ pauci ſunt
qui eligantur ad ipſas. vt ſic merito dici
poſſit: Multi ſunt vo. pa. vo electi. ¶ Fu
it ét figurata Nūeri. 14. Ubi ſnialr dꝛ ꝙ
cum diſcēſio eſſet in ipſo iſraelitico qs in
ter eos deberet fungi ſūmo ſacerdotio: di
xit dn̄s ad Moy. ꝙ accipet ꝑ cognatōes
⁊ familias q̄ erant. 12. iuxta Nūeꝝ. 12. filio
rum Jacob vgas. 12. in quaꝝ qualibet eét
nomé coꝝ nō déptis tribus: ⁊ ꝙ pter illas
12. accipet vnā in qua eét ſcriptū nomen
Aarō: ⁊ poneret oēs illas virgas in taber
naculo teſtimonij an̄ dn̄m: ⁊ cuius virga
inuenireꝛ in mane floꝛida: ille eſſet ſūmus
ſacerdos: quo facto inuēta eſt ſola virga
Aarō germinaſſe: in qua turgentibus gē
mis erumpebāt floꝛes: q folijs dilatatis i
amigdolas defoꝛmati ſunt: ⁊ ſol⁹ Aaron
iter oēs elect⁹ eſt ſūm⁹ ſacerdos. ¶ Ubi
ſciendū ꝙ ꝑ illd ſūmū ſacerdotiū ad ꝙ ali
qs eligi débat: intelligiꝛ dignitas q̄ hēꝛ i
celeſti pr̄ia: ad q̄ꝫ qdé acgrédā mlti ſunt
vocati: tn̄ ſic mltis excluſis ſolus Aaron
fuit electus. ſic lꝫ multi ſint vocati: tn̄ pau
ci inuēiunꝛ electi. ¶ Qualr āt eligi debe
ant. ſeqtur ꝙ virge dbebāt poni ⁊c. ⁊ cu
ius virga germiaſſꝫ fructuoſa: floꝛida: ⁊
fructifera. talľ eſſꝫ electus. ¶ Ubi ſciédū
ꝙ per virgā q̄ ſignum é dn̄ij: ⁊ qua caſti
ganꝛ pueri: intellr aia q̄ dꝫ in hoīe dn̄ari ⁊
motus illicitos caſtigare. h̄ dꝛ pōitur in
tabernaculo teſtimōij qn̄ adiungiꝛ cōgre
gatōi fidelium. Cuius igiꝛ virga. i. anima
inuēitur germinaſſe in bōitate ꝯſcie: frō.
in ꝟitate doctrine. flo. in claritate fame.
fruc. i vbertate vite: tali dabiꝛ ſacerdotiū
eternum. d qbus Apoc. 23. Dominus ds
illuminabit illos ⁊ regnabūt in ſe. ſeculo
rum amé. Ad q̄ꝫ ⁊c.

¶ Dominica vigeſima poſt pentecoſté.
Euāgelium. 61^m.



e Rat qdam regulus: cuius
filius infirmabaꝛ Caphar.
⁊c. Jo. 4. Nos videmus ꝑ
expientiam ꝙ qn̄ aliqs in
firmatur coꝛpoꝛalr ꝙ ſolici
tus ē per ſe vel per aliū reqrere medico
rum cōſilium vt poſſit recipi ſanitaté: ⁊
quanto ſit medicū melioꝛem: tanto citius
hꝫ recurſum ad ipm. Si igiꝛ hoc videm⁹
in coꝛpoꝛalibus multo magis h̄ dꝫ eſſe in
infirmitate ſpūali aie per pccm̄. Cum igi
tur xp̄s ſit ſumus medic⁹: potés infirmi
tates hoium ſpūales curare: qꝛ iuxta illd
ps. Ipe eſt q pꝛopitiaꝛ oībus iniqtatib⁹
noſtris ⁊ ſa. oés infir. noſtras. Ideo qlibꝫ
q ſe ſentit infirmum dꝫ ad ipm accedere
dicédo ſibi illud ps. Miſerere mei dn̄e
qm̄ infirmus ſum ⁊c. In iſto igitur euan
gelio bt̄s Jo. q̄ttuoꝛ tangit. vꝫ.

Languétis ꝯdictōem inualidam.

Pꝛocurantꝭ deuotōem ſolicitā.

Medicantꝭ ꝯdeſcéſioné benignam.

Impetrantis ꝯſoľoné ꝯpletam.

¶ Pꝛimū pꝛobat defectū coꝛpoꝛaľ. Scōꝫ
ꝑuétio pſoāľ. Tertiū ꝯpaſſio pr̄naľ. Quar
tum pꝛomiſſio ſalutaris. Pꝛimū in pꝛinci
pio. Secundū ibi. Hoc cuꝫ audiſſet ꝙ yh̄s
⁊c. Tertium ibi dixit ergo ad eum niſi ſi
gna ⁊c. Quartū ibi Credidit homo ſmo
ni ⁊c.

Prima pars.

Q Uantū ad pꝛimū vbi tangit ⁊c.
ꝙ pꝛobat ⁊c. dic. Erat qdā regu
lus ⁊c. Ubi ſciendū ꝙ ifirmitas
in homine reddit ipm inualidum quantū
ad coꝛpus: qꝛ igiꝛ h̄ infirmabatur coꝛpoꝛa
liter daꝛ nob itelligi ꝙ ipe erat debiľ. Ut
ſic dicere potuerit illud ps. Infirmata ē
i paupꝛtate vt⁹ mea ⁊ oſſa mā ꝯturbata ſt.
¶ Sciendū eſt āt circa iſtā pté pꝛicipalé
loqnédo moꝛaliter ꝙ ꝑ iſtū regulū hn̄teꝫ
filiū ifirmū i caphar. itelligiꝛ qlibꝫ pccōꝛ.
Un̄ circa pccōꝛé h̄ tria poſſum⁹ ꝯſiderare

Gradū excellētem notabl'r.
Statū affligētem letal'r.
Situ inficiētem cauſal'r.
¶ Quantū ad primū dicit. Erat qdā; re
gl's. Ubi ſciendum q̄ hō ex ſua cōdictōe:
quaſi eſt qdam regl's factus a deo: poſt
angl'os digniſſima creatura. Nā eſt i ipo
quoddā puū regnū cuius rex ē ratio: lex
āt ſapª. grex vero poᶜ inferiores q̄ debēt
ſubici impio ratiōis. Homini igiſ cui d's
dedit ratiōem vt p ipam ſe regulet q̄ztū
ad potētias inferiores: nō dz eſſe inſipiēs
ſenſualitatē; ſequēdo: q: ſic dicitur eccl'i.
10. Rex inſipiēs pdet ppl'm ſuū: ſed debz
eſſe ſapiēs ſe ſcōm rationem regendo: q:
ſic dr ſapᶜ.6. Rex ſapiēs ppli ſtabilimen
tum ē. ¶ Qm ad ſtatum affligētem dic.
cuius filius infirmabaſ. Ubi ſciendum q̄
p iſtū filiū: intell'r anima cuiuſlibet hoīs:
q: ſic filius a pr̄e care diligiſ. ſic hō ſuper
oia dz diligere aiā; ſuam: vt ei dicat illud
2. Re.1. Sic mr̄ vnicū amat filiū: ita te dili
gebā. q: homo nō hz niſi vnicam animaz.
¶ Licet āt iſte filius deberet tenere dili
gi: ⁊ vt ē poſſibile hoi in ſanitate p gr̄am
diuinā ſeruari. tn̄ multociēs accidit q̄ in
firmaſ per pccm̄ mortale. Unī hō cui⁹ fili⁹
i. aia infirmaſ pōt lamentādo dr̄e illō tre.
i. Infirmata ē manus mea: dedit me dñs
in manū de qua n̄ potero ſurgere: q: relin
quiſ in ptāte dyaboli: d̄ qua nō poterit p
prijs virib⁹ eripi niſi a deo ſpāliter adiu
uetur. ¶ Quantū ad ſitū inficiētē; cāliter
dic. i capharnaū. Ubi ſciendū q̄ p ciuita
tē caphar. q̄ fuit ciuitas multū ellata: cui
dixit xp̄s luc.10. Et tu caphar vſqz ad ce
lū; exaltata vſqz ad infernū demergeris.
q̄ etiam interpretaſ ager pinguedinis: vl'
villa cōſolatiōis: vl' villa pulchritudinis:
intell'r ſtatus oium vitioꝝ. Ubi ſciendum
q̄ oia vicia general'r reducunſ ad 3ª. ſ. lu
xuriā: auaritiā ⁊ ſupbiā. iuxta illud. i. Jo.
2. Omne q̄ ē in mundo cōcupiſcentia car
nis ē. aut cōcu. oc. aut ſupbia vite. Iſta āt
tria danſ nob̄ intelli in ciuitate caphar.
Nam p h̄ q̄ erat ciuitas exaltata: daſ in
telligi pccm̄ extollētis ſupbie. Per h̄ āt
q̄ interpretaſ ager pinguedinis ſiue villa
cōſolationis: daſ eneruātio luxurie. Per
h̄ aūt q̄ diciſ villa pulchritudinis: daſ in
telligi pccm̄ exuriētis auaritie: ⁊ ſic p cō
ſequēs oē pccm̄ inficiētis maliᶜ. ¶ Quan
tū; ad pccm̄ ſupbie diciſ eccl'i.3. Synago
ge ſuperboꝝ nō erit ſanitas. ¶ Qm ad i
firmitatem pcci luxurie q̄ p gulam foueſ
dicitur eccl'i.37. In multis eſcis erit ifir
mitas. ¶ Qm ad ifirmitatē pcci auaricie
diciſ eze.22. Principes ei⁹ in medio illi⁹:
quaſi lupi rapiētes pdam ad effundēdū;
ſanguinē ⁊ ad pdendum anias: ⁊ auare ſe
ctando lucra.

Secunda pars.

Equiſ. Hic cū audiſſ; q̄ yh's ⁊c.
s Ubi tangit pcurantꝫ deuotōem
ſollicitā. q̄ pbat puentō pſonal'.
Ubi ſciēdū q̄ iſte regl's ex dilectōe natu
rali q̄z hēbat ad filiū: videns ip̄z infirmū
grauiter: ſibi ſanitatē pcurauit. Scōm h̄
igiſ in alia pte. tria poſſum⁹ ꝯſiderare. ſ.
Cōgruitatem benigniſſimā.
Sedulitatem pmptiſſimā.
Infirmitatem grauiſſimā.
¶ Quantū ad primū dic. Hic cum audiſ
ſ; q̄ yh's ⁊c. Ubi ſciēdū q̄ magna benigni
tas erat xp̄i yh'u q̄ ſic circuibat cōtratas
docēdo ⁊ infirmos ſanādo. ¶ Qm ad ſe
dulitatem pmptiſſimā dicit. Abijt ad eū
⁊ rogauit eum ⁊c. In hoc enim cōmenda
tur ſedulitas illius regli: q: ſtatim vt ſci
uit yh'm in galliª: iuit p ſanitate filij pcu
rāda: rogās ip̄z vt filiū ſuū ſanat. ¶ Qm
ad infirmitatē grauiſſimā dic. Incipiebat
enim mori. In h̄ enim oſtendiſ grauitas
infirmitatꝫ filij iſtius reguli: q: appropinq̄
bat ad mortem. ¶ Sciendū eſt aūt loquē
do ſpūal'r q̄ p iᵐ aduentū xp̄i de iudea i
gallileā: intell'r aduētus ei⁹ de ſinu pr̄is
in mūdū. Ubi ſciendū q̄ iudea interpre
tatur glorificatio: ⁊ ſignificat diuinā eſſen
tiam: cui ſoli debeſ gloria ⁊ glorificatio ab
omni tā viſibili q̄z inuiſibili creatura. iuxta
illō. i. ty.1°. Regi ſeculoꝝ imorta. ⁊c. Gal
lilea vno modo interpretaſ rota ⁊ ſignifi
cat mundū q inſtar rote volubil' ⁊ inſtabi
lis reperiſ. Xp̄s igiſ venit d̄ iudea in gal
lileā qn̄ vēit d̄ ſinu pr̄is i mundū. ¶ Scīe
dum ē aūt q̄ aduētus xp̄i i mundū fuit.
Ueraciter prophatus.
Figuraliter nūciatus.
Mentaliter inuocatus.
Longanimiter expectatus.
Preſential'r demonſtrat⁹.
¶ Primo aduentus xp̄i fuit veraciter p
phatus. Unī audi zach. d. zach.9. Exl'ta ſatꝫ
filia ſyon iubila filia ierᵐ: ecce rex tu⁹ ve
niet tibi iuſtus ⁊ ſaluator: ip̄e paup ⁊ aſcē
dens ſup aſinā; ⁊ ſup pullū aſine. ¶ Ubi
cōſidera o deuotiſſima anima: iſti⁹ regis
⁊ dñi ylaritatē iocūdantem ⁊ iō tibi diciſ
exl'ta ⁊ lauda. Cōſidera dignitatē in ipſo
excellentem q: rex. Caritatē cōiungētem
quia tu⁹ veniet tibi. Eqtatem pmiantem:
q: iuſtus. Puritatē redimētem: q: ſalua
tor. Neceſſitatē; indigētem: q: ipſe paup.
Humilitatē euidētē;: q: ſedens ſup aſinā
⁊ pullū;. ¶ Scdō fuit figural'r nūciatus.
Et qual'r: audi qd de d̄d̄ in ipſius figura
dicitur. i. Re.22. Ubi ſentētial'r dr̄ q̄ d̄d̄ re
cedens de pſidio vbi erat profectus: vēit
in ſaltum areth. ¶ Ubi ſciendū q̄ per d̄d̄
qui manu fortis ⁊ decorus dr̄: intelligitur
dei fili⁹: quem ania ſancta aloquiſ cant.i.
d. Et tu pulcher es dilecte mi: ⁊ decorus:
lectulus nr̄ floridus. Iſte de ſolio trinita
tis ſignificato per pſidiū; vbi erat eterna
liter pfectus: vēit inſtar d̄d̄ i ſaltū areth.
Ubi ſciendū q̄ p ſaltum q̄ idē; ē q̄ ſilua
ſiue nemus: intell'r iᶜ mundus: qui inſtar
ſilue ⁊ nēoris. vbi ſunt arbores ſilueſtres
cōſitus eſt multitudine vitiorū: qui ſignā
ter ſalt⁹ areth dicitur: qui interpretaſ ſtu
por ſiue deſcenſio: dum de celo deſcēdit i
terrā: ⁊ ſtupor magnus. q: Luc.5. Stupor
apprehēdet omnes. ¶ Tertio fuit mēta
liter inuocat⁹. Et qual'r: audi pſ. d. Excita
potentiam tuam ⁊ veni vt ſaluos facias
nos. ¶ Quarto fuit longanimiter expe
ctat⁹. Et qual'r: audi qd in pſona toti⁹ ge
neris hūani ſibi dr̄ Judic.6. Ego preſtola
bor aduentū tuū. ¶ Quinto fuit pſentia
liter demōſtrat⁹. Et qual'r: audi ip̄um dei
filiū. d. Jo.4. Ego inqt vēi vt vitā hēant ⁊
habūdantius hēant. Nā ipſe vēit vt ho
mines i h̄ mundo vitā hēant p gr̄a;: ⁊ ha
bundanti⁹ in futuro p gl'am. ¶ Qn̄ igiſ
dei fili⁹ in mundū vēit: debēt hoies inſtar
iſti⁹ regli ad ip̄z accedere ſanitatē aie po
ſtulādo. d. illō Je.17. Sana me dñe ⁊ ſana
bor ſaluū me fac ⁊ ſalu⁹ ero.

Tertia pars.

Equiſ. Dixit igiſ yh's ad eū; ni
s ſi ſigna ⁊c. Ubi tāgit medicantꝫ
cōdeſcenſionē benignā. q̄ pbat
ꝯpaſſio paternal'. Ubi ſciēdū q̄ officiū pa
tris ē n̄ ſolū filio ſubuēire i ſuis neceſſita
tib⁹: ſed ēt ip̄m iſtruere ſi erret. Fili⁹ aūt
petēs a pr̄e gr̄am: ſi ꝯtingeret q̄ pr̄ pmo
negaret: nō pp h̄ dz diffidere: ſ; iteꝝ ⁊ ite
rū cū fiducia poſtulare. ſm h̄ igiſ in pte iª
tria poſſum⁹ conſiderare. ſ.
Increpatōem infidelitatꝫ.
Cumulatōem pcabilitatꝫ.
Repromiſſiōem cite ſanitatꝫ.
¶ Qm ad primū dic. Dixit eis yh's niſi ſigna
ſigna ⁊c. Ubi ſciendū q̄ iᶜ regl's reprehē
diſ de ifidelitate: q: vt crederet: ſigna pe
tebat. Ubi ſciendū q̄ differētia ē iter fide
les ⁊ infideles: q: fideles trahunſ ad fidē
pp auctoritatē ſcripture: infideles vero p
ſigna ⁊ iō Greg. i ol'. eplᶜ. Ill'. ſ. iudeis p
phie tanq̄z fidelib⁹: non ifidelib⁹. ⁊ iſtis. ſ.
gentilib⁹: ſigna tanq̄z ifidelib⁹ non fideli
b⁹ data ſunt. Quia igitur iſte regl's con
uerſabatur cū; iudeis: q tunc fideles erāt
reprehendiſ: q: non propter auctoritatē: ſ;
p ſigna ⁊ miracula credere volebat. Cū;

dixit ergo yhs niſi ſigna ⁊c. arguit hoīe; in fide tepidū aut frigidū: aut oīno nulliꝰ fidei: ſ; tēptare cupientem de ſanitate filiȷ̄ ſui q̄lis eſſet xp̄s: q̄d eſſet: q̄ʒtum poſſet. ¶ Sciendū eſt āt q: hͥ fit mētio de ſignis ꝙ loquēdo alegorice multiplex ſignū iue nio in ſcriptura de xp̄o. ſ. ſignum.

Conceptionis deifice.
Productionis mirifice.
Paſſionis saluifice.
Tumulationis verifice.
Reſurrectionis magnifice.
Aſcenſionis glorifice.
Diſcuſſionis iuſtifice.

¶ Primo inuenio in ſcriptura ſignū de xp̄o ꝯceptiōis deifice. Nam ipſe fuit ꝯceptus ꝑ diuinā potentiā iuxta illō ꝙ dixit angelus btē v̄gini q̄rēti qūo virgo poſſet ꝯcipe ⁊ dn̄ti. Luc. 1. Quō fiet iſtud q̄m viꝝ non cognoſco rn̄dens angelus d. Spiritus ſ. ſup. in te ⁊ v̄tus al. ob. tibi. ¶ Hoc ſignum fuit figuratū Gen. 9. Ubi dixit dominus ad Noe Arcū meum ponā in nubibus: ⁊ erit ſignu; federis inter me ⁊ inter terram. ¶ Ubi ſciendū ꝙ ꝑ arcum armaturam bellātium intelligitur xp̄s qui venit ad bellandum ꝯ humani generis inimicū. Per nubē ꝯtinentē humiditatē ⁊ aquā: intelligiᷓ virgo maria: grā; ꝑ aquā ſignificatā ꝯtinēs. cui angelus dixit Luc. 2. Aue grā plena dn̄s tecum. In hāc igiᷓ nubē arcus fuit poſitus q̄n in eius vtero virtute ſcī ſpūs: dei filius fuit hō ꝯceptꝰ. Quod fuit ſignū federis inter deū ⁊ terrā i. recōciliationis generis humani cū deo. ¶ Secūdo inuenio ſignū de xp̄o ꝓductionis mirifice. Nā ipſe natꝰ fuit d̄ v̄gie m̄re q̄ fuit mirabil' modꝰ ⁊ inuſitatus nature. ¶ Hoc āt fuit figuratū Iſa. 7. vbi dr̄. ꝓꝑ ꝙ dabit dn̄s ip̄e nob ſignū. Ecce v̄go ꝯci. ⁊ pa. filium ⁊ vo. nomen eiꝰ yhs ꝙ interꝑtaᷓ nobiſcū deꝰ. ¶ Per iſtā v̄ginē cuiꝰ ꝯceptꝰ ⁊ ptꝰ fuit ſic v̄aciter ꝓphatꝰ intelligiᷓ v̄go maria. ¶ Tertio inuenio ſignū de xp̄o paſſiōis ſaluifice. Nam ipſe ꝓ nr̄a ſalute paſſionē ſuſtinuit vt nos a ſuitute dyaꝰ liberaret. ¶ Hoc aūt ſignū fuit figuratū numeri. 21. Ubi ſiīal'r dr̄ ꝙ cū ppl's Iſraeliticꝰ trāſiens ꝑ deſertū affligeretur ab ignitis ſerpētibꝰ: dixit dn̄s Moy. fac ignitū ſpentē eneū: ⁊ pone eū ꝓ ſigno: q̄ ꝑcuſſus aſpexerit eū viuet. ¶ Ubi ſciēdū ꝙ ꝑ ppl'm trāſeuntē ꝑ deſertū: ꝑcuſſum a ſpentibꝰ ignitis intelliguᷓ hoīes qui in hoc mūdo ꝑegrināndo interficiūtur morſibus ⁊ tēptatiōibꝰ demonū ꝑ pccm̄: quoꝝ liberatiōis ſignū eſt ſerpēs eneus. i. xp̄s elleuatꝰ in cruce: quē q̄ aſpiciūt: vitā recipiunt: q: ꝑ ipſiꝰ paſſionē: hēmus remiſſionē omniū pccōꝝ. ¶ Quarto inuēio ſignū de xp̄o tumulatiōis verifice. Nā ipſe fuit ꝓ nob poſt paſſionē verifice tumulatus. ¶ Hoc ſignū fuit a xp̄o iudeis ſignū ab eo petētibꝰ p̄dictū Mat. 12. de q̄bꝰ figuratiue dixit. Generatio mala ⁊ adultera ſignū q̄rit ⁊ ſignū nō dabiᷓ ei niſi ſignū Ione ꝓphe. ſicut enī fuit Iona in ventre ceti tribꝰ diebꝰ ⁊ tribus noctibus: ſic erit filiꝰ hoīs ī corde terre tribus die. ⁊ tribus noctibus. Ubi ſciendū ꝙ ꝑ cor terre ſᷓ ſepulcrū intelligiᷓ. ¶ Quito inuenio ſignū de xp̄o reſurrectiōis magnifice. Nā; ipſe ꝓ nob fuerit mortuus ⁊ ſepultus: tn̄ ad ꝯſolationē nr̄am die 3ª magnifice reſurrexit. ¶ Sexto inuenio ſignū de xp̄o aſcēſionis gl'ifice. Nā ipſe poſt reſurrectionē ſuā: in celū gl'ioſus aſcēdit iuxta illud Ephe. 4. Qui deſcēdit ip̄e eſt qui aſcendit ſup celos vt adimpleret oīa. ¶ Septimo inuenio ſignum de xp̄o diſcuſſionis iuſtifice. Nā ip̄e ſicut verus iudex ⁊ iuſtus diſcutiet ſcā q̄rūlib; vt vel p̄mium ill' ꝯferat l' penā. Nam iuxta illud act. 10. Ip̄e ē qui ꝯſtitutus eſt a deo iudex viuoꝝ ⁊ mortuorum. ¶ Quantum ad cumulatōem p̄cabilitatis dicit. Dixit ad eum regulus domine deſcende priuſq̄ʒ ⁊c. ¶ Ubi ſciēdu; ꝙ iſᵗᵉ regulus l; prius rogaſſ; Chriſtum ꝓ ſalute filij: tamē iterato p̄ces replicat vt xp̄s facilius inclinetur. d. ꝙ ad filium ſuū morientem deſcendat. ¶ Sciendū ē autē ꝙ iſᵗᵉ regulus in iᵒ verbo cum dic̄. Domine deſcende priuſq̄ʒ moriaᷓ filius meus tria facit. Nam.

Extollit dignitatē oībus p̄ſidētem.
Depoſcit pietatem oībus aſſiſtētem.
Expōit neceſſitatē oībus incūbentē.

¶ Pᵐ ꝓbat impiū demōſtratū: q: dn̄e. 2ᵐ auxiliū imploratum: q: deſcēde. 3ᵐ ꝑiculum indicatum: q: priuſq̄ʒ moriaᷓ filius meus. ¶ Qᵐ ad pᵐ vbi extol. ⁊c. dic̄ dn̄e Ubi ſciendum ꝙ xp̄s yhs erat verꝰ dn̄s: q: hō erat ⁊ deus. Unde p̄s. Scitote q̄m dn̄s ip̄e d̄s. ¶ Und̄ iſte magnificus dn̄s potuit figurari per iᵐ dn̄m quem vidit If. de quo ip̄e dic̄ If. 6. In anno q̄ mortuus eſt rex Ozias. Uidi dn̄m ſedentem ſuper ſolium excelſum ⁊ eleuatū: ⁊ plēa erat domus a maieſtate eius: ⁊ ea que ſᷓ ip̄o erant replebant templu;: ſeraphin ſtabāt ſuper illud. 6. ale vni ⁊. 6. ale alteri. duabꝰ vellabant faciem eius: ⁊ duabꝰ vellabant pedēs eius: ⁊ duabus volabāt: ⁊ clamabāt alter ad alteꝝ ⁊. d. Sanctus ſanctus ſcūs: dn̄s deus exercitᵐ plena eſt terra gloria eius. ¶ Ubi ſciendū ꝙ in iſta figuratiua viſione q̄ttuor poſſumꝰ ꝯſiderare. ſ.

Tēporalem ꝯgruētiā.
Impialē excellētiam.
Generalem influentiam.
Singularem aſſiſtentiam.

¶ Qᵐ ad tēporalē ꝯgruētiā dic̄. In āno in q̄ mortuꝰ eſt rex Ozias. Ubi ſciēdu; ꝙ per regē Oziam ſupbum ⁊ arrogantē: q: ſicut habeᷓ 2. paral'. 26. voluit ſibi arrogare offm̄ ſacerdotale: ꝓꝑ ꝙ fuit a dn̄o lepra percuſſus: intell'r dyabolus: q̄ ſibi voluit arrogar̄ ſimilitudinē dei. d. If. 14. Aſcēdam ſup altitudinem nubiū: ſimilis ero altiſſimo ꝓꝑ ꝙ lepra percuſſus fuiſſe dr̄: ⁊ in ip̄o macula ⁊ deformitas peccati remanſit. Annus āt in quo dyabolus mortuꝰ fuit: ē annꝰ quo xp̄s paſſus fuit ꝓ nobis. ¶ Qᵐ ad impialem excellentiam dicit. Uidi dn̄m ſe. ſuper ſo. excel. ⁊ elle. Ubi ſciendum ꝙ per iſtum dn̄m intll'r xp̄s yhs: iuxta illō p̄s. Dn̄s i tē. ſ. ſ. dn̄s in ce. ſedes eius. ¶ Qᵐ ad generalem influentiam dic̄. Et plena erat domus a maieſtate eiꝰ: ⁊ ea que ſub ip̄o erant reple templū. Ubi ſciendum ꝙ iſtam domum ⁊ tēplu; ꝙ qᵐ ad pn̄s ſpectat ꝓ eodem accipitur: itell'r celeſtis patria: q̄ ab ipſiꝰ maieſtate repleta dr̄ q: diuitas xp̄i ⁊ eiꝰ glorioſa humanitas: celeſtem p̄riam illuminant ⁊ decorant. Ut ſic verificeᷓ de ip̄a illud Ezech. 43. Ecce repleta erat glia domus domini Que ēt ſignificata per templu;: repletur ab his que ſunt ſᷓ ip̄o: q: repletur gl'oſis ſanctꝭ: q ꝓ tanto ſᷓtus xp̄m dicunᷓ. quia ſunt creature: ⁊ ip̄e verꝰ creator. ¶ Qᵐ ad ſingularē aſſiſtētiam dic̄. Seraphi ſtabant ſuper illud ⁊c. Ubi ſciēdū ꝙ ꝑ ſeraphin qui interp̄tatur ardentes: intelligūtur ſancti angeli ſpecialiter ſuppremi in oratōe: qui ſunt ſpecial'r ſeraphin appellati: qui tanto amore diuino ardent intenſiꝰ quanto diuinitatem ipſius clarius contēplanᷓ. Deſcribuntur autem iſti ſeraphin quātum ad tria. ſ.

Qᵐ ad ſitum dignitoſum: q: iſta ſup illō.
Qᵐ ad ornatū grōſum: q: 6. ale ⁊c.
Qᵐ ad cātū gl'oſum: q: clamabant ⁊c.

¶ Pro p̄ pōt accipi illud If. 21. Sup ſpecl'a dn̄i ego ſū ſtās totꝭ noctibꝰ. Pro 2ᵒ ſit glib; coꝝ accipiᷓ expādēᷓ alas ſuas ad auſtrū. Job. 39. Per alas intll'r ꝯtēplatio. Pro 3ᵒ debetꝭ ſcire ꝙ in ſuo cātu exp̄mūᷓ nobis duo. v;.

Cōditōem diuinitatꝭ intrinſecam.
Cōicatōem bonitatꝭ extrinſecam.

¶ Quantum ad primu; dicit. Et clama. alᷓ ad al. dicen. Sanctus Sanctus Sanctus dominus deus exercitᵐ. Ubi ſciendum ꝙ inquantum ſingulariter dicūt dominus deꝰ: dāt intelligeᷓ eſſentie vnitatē

iquantū vero triplicaꝫ nomen ſanctꝰ:dant intelligere pſonaruꝫ trinitaté.¶ Qm ad cōmunicationé bonitatis extrinſecá dic. Plena eſt.o.ter.gl'a eiꝰ.Ubi ſciendū ꝙ ꝑ iſtam gl'am qua ois terra plena dr:itellr diuina bonitas in creaturis cōmunicata. Ut ſic ſibi dicat cū ps.Exaltare ſup celos ds ⁊ ſup oém terram gl'a tua.¶ Qm ad 2m vbi depoſcit pietatem oibus aſſiſtéteꝫ ꝙ ꝓbat auxilium iploratuꝫ dic.Deſcéde. Ubi ſciendū ꝙ ꝑ iſtum deſcéſum queꝫ petebat ic regl's: intelligiꝫ diuina pietas ⁊ clemétia:oibus ſubueniés i neceſſitatibꝰ ſuis:qꝫ cognoſcés ps.d.Dñe iclina celos tuos ⁊ deſcéde:ꝙ qdeꝫ fec quádo dei filiꝰ i hūc mundū venit factꝰ hō.¶ Sciendūꝫ é aūt ꝙ inuētio dei fim i hunc mund mlri pliciter deſcendiſſe.ſ.

In vterū virginis:ꝑ icarnatōis miſteriū.
In menté hois:ꝑ ſanctificatōis hitaclm.
Ut páis viuificꝰ:ad ſatiand famlicū.
Ut ignis mirificꝰ:ad i flámand tepidū.
Ut peccatoꝝ iuſtiſſimꝰ cōmunicatoꝛ.
Ut afflictoꝝ potentiſſimꝰ liberatoꝛ.
Ut iuſtoꝝ gloꝛioſiſſimꝰ exaltatoꝛ.

opa bõa iuſtoꝝ diſcutiet vt eos pmiet . ⁊
opa mala iniquoꝝ vt ipſos pũiat.vnde dič
apoč.22.Ecce vẽio cito ⁊ merces mea me
cũ eſt reddere vnicuiqȝ ſm opa ſua.Sciẽȝ
ḣ igitur hic duo poſſum⁹ ꝯſiderare.ſ.
Diſceptatõem pietatꝭ:qm̃ ad electos.
Diſceptatõem ſeueritatꝭ:qm̃ ad reprobos.
¶ Qm̃ ap pm̃ dič.tũc dicet rex ⁊c.qr eim
iuſti aliqd i ſe hẽbũt vñ õbeãt a xp̃o pmi
ari de ꝯgruo tñ ſp pmiat vltra ꝯdignuȝ:
cũ ex ḣ cadet poſſit i hoib⁹admiratõ ipſo
illuiat vt iudicãt vitatẽ.ſȝ ḣ .4.poſ.ꝯſi.ſ.
Exp̃ſſionẽ pmiꝭ quietantis.
Allegatõem meriti pmerentꝭ.
Admiratõem prodigiꝭ excellentis.
Delectatõem elloquiꝭ excitantis.



¶ Quantum ad pmm dič.tũc dicet rex
⁊c.in premio eiȝ ꝙ datur ab aliquo tria poſ
ſumus ꝯſiderare.ſ.
Dantem.
Recipientem.
Munus.
¶ Secũdum ḣ igitur i collatõe pmiꝭ bea
torum tria poſſumus ꝯſiderare.ſ. Donuȝ
ſublimitatis magne.Collegium capacita
tis digne.Premium ſuauitatis mire .
¶ Quantum ad danteȝ ſublimitatis ma
gne dič.tunc dicet rex. ad perfectõem eiȝ
dominiꝭ regritur ꝙ dñs ſubditos gubnet
leget:ordiet:pmiat obſeruatores . puniat
tranſgreſſores.⁊ ſm hoc ſortitur tria no
mia . ¶ Inquantum ſubditos gubernet
dr̃ rex. Inquantum leges ordiat ſm q̃s
dȝ viuere dr̃ legiſer.Inquantum vero ob
ſeruatores legis pmiat ⁊ tranſgreſſores
punit dr̃ iudex.¶ Quia igitur xp̃s i die
iudiciꝭ pmiabit legis obſeruatores ⁊ pu
niet tranſgreſſores põt dici rex ⁊ iudex .
¶ Quantum ad collegium capacitatꝭ di
gne dič.hi q a dextris eius erunt .¶ Nã
per dexteram xp̃i q eſt pars corporis for
tior datur itelligi opera virtuoſa.de q̃ dxte
ra dič ps.Secũdum nom̃ tuum ds ſic ⁊ la
us tua in fines terre:iuſticia plena ẽ dxte
ra tua.¶ Oportet exñtes ad eius dxterã
eſſe virtuoſos ⁊ iuſtos.ſic aũt ad dexterã
eius exñtes xp̃s ſaluat ⁊ remunerat per
ſuam potẽtiam.ad ꝙ non ſufficerẽt vires
hois naturales.vñ ps. Nec eniȝ in gladio
ſuo poſſederunt terrã: ⁊ brachium eorum
non ſaluabit eos:ſed dextera tua ⁊ brachi
um tuum:⁊ illuminatio vultus tui qm̃ cõ
placuiſti in eis.¶ Qm̃ ad pmiũ ſuauitatꝭ
mire dič. Uenite bñdicti ⁊c. ¶ In iſto
qdem pmio.¶ Primo tangit munificen
tiam inuitantem cum dič.Uenite iſtõ eſt
inuitatorium ſuauiſſimum q̃ xp̃s nos vo
cat ad refectõeȝ eternã:iuxta ꝙ dič math.
ij.vẽite ad me omnes q laboratꝭ ⁊ onerati
eſtis ⁊ ego re.vos.¶ 2° tãgit gr̃am deco

rãtẽ cum dič.benedicti pr̃is mei. Nam p
iſtã bñdictõem itellr̃ diuia gr̃a:qȝ ds hõi
ſe ad ipſam recipiẽdã diſponẽti. d qua pro
uer.ij. Benedictõ dñi ſuper caput iuſti .
vñ Rabanus . Uocantur benedicti qbus
bonis operib⁹ debetur eterna beatitudo.
¶ 3° tangit gloriam quietantem cum dič
poſſidete regnum .iſtud regnum eſt cele
ſtis patria q̃ȝ iuſti eternaliter poſſidebũt
⁊ hoc eſt ꝙ xp̃s predixit Math .13. tunc
iuſti fulgebunt ſicut ſol i regno pr̃is eoꝝ.
Signanter aũt dič.poſſidete non accipite
vt p hoc ſm Criſo.in oml̃. detur itelligi
ꝙ regnũ celoꝝ iuſtis ex hr̃ditate dbetur.
Tyt.vt iuſtificati gr̃a ipſi⁹ hr̃des ſcimus
ſm ſpẽ vite eterne.¶ 4° tangit ſapientiã
preſidentem cũ dič.paratum vobis a con
ſtitutõe mundi.Deus qdem a conſtitutõ
ne mundi ſȝ ẽt ab eterno cognoſcit omnes
quos elegit vt hẽrent vitam eternã. Naȝ
Ro.8.quos predeſtinauit hos vocauit .⁊
quos vocauit :hos ⁊ iuſtificauit ⁊ hos ⁊
magnificauit . ¶ Qm̃ ad allegatõem me
riti pmerentis dicit.⁊ exuriui ⁊c. opera
enim bona que facit homo dum viuit me
rentur de congruo pmium remuneratõis
eterne.Nam vnuſqſqȝ ppriã mercedeȝ ac
cipiet ſ; ſuũ laborem.1.cor.3.Ut igitur xp̃s
ſm Criſo.in oml̃.oñdat qlitur iuſtos pre
miabit.tã magno pmio ſič eſt regnum ce
loꝝ allegat opa miſericordie q̃ fecerunt i
mũdo q̃ ꝯtinent i his vſibus.viſito.poto.
cibo.redimo.recũdo.colligo.cando.ſed de
ſeptimo nõ fač mẽtõeȝ ḣ. qr ḣ ei ponũtur
ſm Augu.Opa miſericordie niſi q̃ ſuſcipi
entib⁹ poterũt pficere ⁊ ex ſepultura que
eſt 7m̃ ſepultus nõ recipit.¶ Sciẽduȝ ẽ
ãt ad euidẽtiã.6.opum miſericordie d qui
b⁹ fit ḣ mẽtõ ꝙ mia loquẽdo gnãlr̃ ꝯſiſtit
i reuelatõe miſie.¶ Repiunt ãt.6.miſie
hois corporales.nã aliq ſunt naturales:alĩ
que accidẽtales.Miſia nãlis põt ẽẽ duo
b⁹ mõis.vel a corruptõe iteriori. ⁊ ſic eſt
exuries ⁊ ſitis.vel ab exteriori. ⁊ ſic ẽ idẽ

gẽtia veſtiũ ꝛ hoſpitij. ¶ Miſeria vo ac
cidẽtal'ẽ duplex:q: vel eſt ex corruptõne
nature ſicut ẽ infirmitas vel ex violentia
ꝛ ſic eſt carcer. xp̃s igiẽ in die iudicij:com
mẽdando iuſtos ď opibus miſericordie q̃
fecerũt.pp ꝙ dabit eis regnũ celoꝝ.all'an
do cãm tãti beneficij . dicet eis . Exuriui
ꝛc.excutiẽdo de ſingulis. ¶ Qᵐ ad miſe
ratõem ꝓdigij excellentis dicit. tũc rñde
bunt ꝛc. Iuſti enim q in mundo xp̃m non
viderũt pſonal'r indigẽtem obſequijs a q
bus ſe tñ dicet recepiſſe multa beneficia
mirabunẽ.vñ dr̃.tunc rñdebũt iuſti.d. ꝛc.
¶ Vel iſta admiratõ ſm Rabanũ ꝯſur
get i ellectis ex ſublimitate maieſtatꝭ xp̃i
ꝛ ex magnitudie premij ex paruis opibꝰ i
ꝯparatõe remuneratõis eterne ſm illud
apoſtoli. Non ſunt cõdigne paſſiones hu
ius temporis ad futuram gl'iaꝫ que reue
labitur i nobis. ¶ Qᵐ ad declarationem
eloquij ex citantis dic.ꝛ reſpondens rex
dicet ill' ꝛc. Licet enim iuſti tanq̃ꝫ reuerẽ
tes ſe neſciẽ qñ iſta obſequia exhibuerũt
xp̃o aꝫ cognoſcẽt ſe opera illa feciſſe.xp̃s
tñ declarat q̃liter vba q̃ dixerat ſunt itelli
genda.d.ꝙ vni ex minimis ꝛc. ¶ Sciẽdũ
eſt aũt iſta.6.opa miſericordie pp que iu
ſti exaltabuntur in celeſti p̃ria poſſunt fi
gurari per.6.gradus qbus aſcendebatur
ad ſolium Salomonis.de quo dr̃.3.Re.10.
Fec̃ rex Salomon de ebore grandem
thronum ꝛ veſtiuit eum auro fluo nimis:
que habebat.6.gradus. ¶ Ubi ſciendum
ꝙ per regem Salomoneꝫ intell'r xp̃s ma
gnus dominꝰ ꝛ rex magnus ſup omnes
deos vel ſuper omneꝫ terram in p̃s. Per
thronuꝫ queꝫ fecit intelligitur ceᵐ empi
reuꝫ ꝙ principal'r dicitur ſedes dei.iuxta
illõ ꝙ dicit Is.66.Celũ mihi ſedes mea
eſt ꝛ terra ſcabellum pedũ meoꝝ. ¶ Iſte
thronus grandis dr̃ . quia ibi eſt habita
tio oium beatoꝝ:que ſignãter dr̃ ď ebore
ꝛ veſtitus de auro fluo. ad deſignãdũ pu
ritatẽ q̃ ẽ ibi deſignata ꝑ ebur.q̃ ẽ cãdidũ:
ꝛ caritatẽ perfectiſſimã in auro ďſignatã.
ad iſtum thronũ aſcẽdiẽ per.6. gradibus
q:.6.opibꝰ miſericõdie ſupradictis. ¶ Qᵐ
ad 2ᵐ.ſ.diſceptatõeꝫ ſeueritatis qᵐ ad re
probis dic.tunc dicet rex his q a ſiniſtris
eius erunt. xp̃s enim dans ſniam contra
reprobos cãm illius ſnie aſſignans:ꝛ quia
ipam nõ intellexiſſe fatentur cãm in ter
minis eis declarat. Scd̃m hoc igiẽ ſi quat
tuor poſſumꝰ ꝯſiderare.ſ.

Sentẽtiam affligentem.
Culpã exigentem.
Excuſatõis all'onem.
Locutõis expoſitõem.

¶ Quantum ad p̃mum dicit . tunc dicet
rex ꝛc.ſicut enim xp̃s iuſtos ad ſe voca
bit.d.venite benedicti .ſic reprobos a ſe
repellet.d.diſcedite a me maledicti ꝛc. in
iſta autem ſnia erit dura afflictõ peccato
ribus propter duo. ¶ Primo pp violen
tam ſepatõem. Nam homo naturaliter di
ligit bonum .ꝛ quanto magis bonum.tan
to plus diligiẽ.ꝛ per ꝯſequens i adeptõe
illius eſt maxima delectatio. q: igiẽ tunc
peccatores in illa ſnia ſepabunẽ a deo ſum
mo bono.ideo erit afflictõ maxima. ¶ 2º
erit afflictiua pp maledictõem:q: erunt i
maledictõe:taꝫ culpe inficienti q̃ꝫ pene af
fligentis.vnde p̃s. Increpaſti ſuperbos
maledicti qui declinant a mandatis tuis.
¶ Tertiõ pp perpetuam duratõem :quia
ibunt in ignem eternũ.vnde Is .66. Ver
mis eoꝝ non morietur ꝛ ignis non extin
guetur . ¶ 4º pp pũerſam dñatõem . qa
hẽbunt dyabolum regẽ. Nam ipe eſt rex
ſup oẽs filios ſupbie. Iob.41. ¶ Quinto
pp malignã ſocietatẽ : q: poterunt dicere
illud Iob.30.Frater fui draconũ ꝛ ſocius
ſtructõum. ¶ Qᵐ ad culpã exigẽtẽ dic .
Exuriui ꝛc. Carẽtia qdẽ opum miſericor
die erit cã q̃re reprobi dãnabunẽ nec rep
hẽdunẽ ſm Criſo.i oml'. q: in vno pecca
uerũt ſꝫ ꝙ general'r i miſericordes fuerũt
¶ Qᵐ ad excuſatõis all'onẽ dic.tũc rñde
bũt ipſi ꝛc.vbi ſciẽdũ ſm Orig. ꙗ repro
bi oĩa opa miſericordie ſimul colligũt ſe
excuſantes volẽtes eoꝝ malitias abſcon
dere. ¶ Qᵐ ad locutõis expꝛſſionẽ dicit.
ꝛ tũc rñdẽt ill' ꝛc.q: reprobi dũ vixerunt i
mũdo nõ fecerũt miſericordiã indigẽtibꝰ
reputat xp̃s ꝙ ſibi miſericordiã non fece
runt.ꝛ q: i miſericordes fuerunt eſt cõuẽi
ens vt miſericordiam a xp̃o non iueniãt.
Nam Iacobi.2. Iudicium ſine miſericor
dia fiet ei qui non fecit miſericordiam.
¶ Conſidera igiẽ miſer peccator ſniaꝫ tã
duram ꝛ tamẽ eã fugere nõ põt. vnde An
ſelmꝰ de ſilitudine dic. A dextris erunt
peccata accuſãtia: a ſiniſtris infinita de
monia.ſubtus horrẽduꝫ chaos inferni.de
ſuper iudex iratus.foris mundus ardẽs:
intus ꝯſciẽtia vrens. ibi vix iuſtus ſalua
bitur. heu miſer peccõr ſic ďprehẽſus vbi
fugiet .latere eſt impoſſibile . appere itol
lerabile.

Quarta ꝑs.

Sequitur. Et ibunt hi in ſupplitiũ
eternum ꝛc. Ubi tangiẽ diuerſa
ſtipẽdiorum retributõ . ꙗ ꝓbat
finalis ſucceſſiuus:vbi duo poſſumus conſi
derare.ſ.

Stipẽdium afflictõis doloroſe.
Premiũ gl'ificatõis gaudioſe.

¶ Qᵐ ad pᵐ dic.ꝛ ibunt hi in ſuppliciũ
eternũ.cõpleto qdẽ iudicio ibunt omnes
hoies ad loca que meruerunt . ꝛ q: repro
bi pp eoꝝ mala opa meruerunt eternale
iudiciũ vel ſupplitium . ideo ad ipm ďſcẽ
detur.vnde tales poſſunt figurari per da
tam ꝛ abirõ cum familijs ſuis de quibus
ſiĩaliter dr̃ Numeri.16.ꙗ cũ contẽpſiſſẽt
Moy.dirupta eſt terra ſub pedibꝰ eorũ
ꝛ aperuit os ſuum ꝛ deglutiit eos cum ta
bernaculis ſuis ꝛ vniuerſa ſubſtãtia ſua
deſcẽderuntq̃ꝫ viui in infernum opti hyr
mo ꝛ pierũt ď medio multitudis. ¶ Ubi
ſciẽdũ ꙗ ꝑ datã ꝛ abirõ cũ familijs ſuis ꝯ
tẽnẽtes ꝑceptũ Moy.itll'nẽ oẽs hoies cõ
tẽnẽtes dia ꝑcepta.ď qbꝰ dr̃ Iudith. Cõ
tẽpſerũt impiũ meũ.ꝛ q: ſic ꝯtẽpſerũt duꝫ
vixerũt i mũdo.iõ in die iudicij apieẽ ter
ra ſb pedibꝰ eoꝝ:data ſnia: ďſcẽdent in ꝓ
fundum inferni ꝛ ſepabunẽ a cõſortiõ bea
toꝝ:vt ď quolibꝫ impleatur illa ſnia dñi .
dicẽtis Numeri.15. Anima que per ſuper
biam aliquid cõmiſerit: ſiue ſeruꝰ ſit ille
ſiue peregrinꝰ quando aduerſus dominũ
rebell' fuerit peribit de populo ſuo . Vbuꝫ
enim domini contempſit ꝛ preceptum illi
us fecit irritum.ideo delebitur ꝛ portabit
iniquitatem ſuam . ¶ Quantum ad ſecũ
dum dic. Iuſti vero in vitam eternam . ſi
cut enim reprobi pp eorum mala opera
damnabuntur:ita iuſti pp eorum bõa ope
ra percipere gaudium eternum. Nã gal'.
6. Que ſeminauerit homo ſi ꝛ metet. ꝛ q
ſeminat in carne ſua de carne ꝛ metet cor
ruptionem. q autem ſeminat in ſpiritu de
ſpiritu ꝛ metet vitam eternam. ¶ Ad fa
ciendum autem vt hanc habeamꝰ vt ad
monet quilibꝫ figura tiue deutero .30. vbi
dr̃ ꙗ Moy.dixit populo iſraelitico.elige
vitam vt viuas ꝛ ſemen tuum ꝛ diligas
dominum deum tuum.atq̃ꝫ obedias voci
eiꝰ.ꝛ illi adhereas:ipſe enim eſt vita tua
ꝛ lõgitudo dieꝝ tuoꝝ vt habites in terra
ꝑ qua iurauit dominꝰ p̃ribꝰ tuis Abrahã
Iſaac ꝛ Iacob. ¶ Ubi ſciẽdum ꝙ ꝑ ppl'ꝫ
iſraeliticum q tunc erat populꝰ domini.i
tell'r populꝰ xp̃ianus q inter alios oẽs po
pulos eſt xp̃i ppl's ſp̃alis quẽ alloqẽ bt̃s
Petrꝰ p̃ma ca.ſua.d. Vos ãt genꝰ elec
tum.regale ſacerdotium.gens ſancta : po
pulꝰ acqſitõis vt virtutes ãnuntietꝭ eius
q de tenebris vos vocauit in admirabile
lumen ſuum.q aliqñ nõ ppl's. nunc auteꝫ
populꝰ domini.huic autem daẽ ꝯſilium a
Moy.i.ab aliqua inſpiratõe interna vel
eruditõe externa ꙗ eligat vitã vt viuat ꝛ
deum diligat:vt dicat cum p̃s. Diligã te
domine fortitudo mea . debet inſuper
obedire voci eius : vt dicere poſſit illud
deutero . vigeſimoſexto . Obediui voci

dñi mei feci oia que ꝑcepiſti mihi oꝫ etiã ſibi adherere. vt dicat illud ps. Adheſit aĩa mea poſt te me ſuſcepit dextera tua e ſi dicta feceris dabit tibi dñs terraꝫ ſanctis patribus repromiſſaꝫ ḋ qua ps. Portio mea dñe ſit in terra viuentiũ.

¶ Feria .3. dñice ꝑme in .xlª.

Cum itraſſꝫ yhs ieroſolimã cõmota ẽ vniuerſa ciuitas ꝛc. Nos videmus ꝑ experientiã. ꝙ qñ aliqs hõ de cuius aduentu ad ciuitateꝫ aliq̃ꝫ ꝑus non erat mentio venit ad ipaꝫ cũ maxima cõitiua ꝙ eius fama. Pº in ꝑplo cũ admiratiõe ciuiũ diuulgaꝫ. 2º ſi poſt ei⁹ ingreſſuꝫ aliqḋ nouũ faciat ꝙ videaꝫ pretendere in ipſo magnũ dominiũ. tunc ipi⁹ fama prius habita celeriter ꝯfirmaꝫ. 3º ſi aliquos emlos in ciuitate hẽat qui ſibi i uideanꝫ qñ vident eũ magis famoſum tãto ipſorum inuidia malignius ſtimulaꝫ. ¶ Cum igiꝫ xps quadã vice veniſſꝫ in ierᵐ. ꝛ occurriſſꝫ ſibi maxia mltitudo ꝑpli. cũ qua ciuiatẽ itrauit eius aduẽtus diuulgatus fuit in ꝑplo. ꝛ q: in ipſa feċ multa mira ꝑtẽdentia ipſius dominiũ. ex h fuit ei⁹ fama celebrius ꝯfirmata. ¶ Quia vero pheꝫ ꝛ ſcribe cũ ſummis ſacerdotib⁹ i uidebant xpo ꝛ eius opibus. ex h ipſoꝛuꝫ inuidia cõmulabaꝫ. q: autem ſḋm ſniaꝫ ſcõrum ois xpi actio ẽ nr̃a inſtructio. iõ ſcã mr̃ eccl̃a i hodierno euº. de xpo aliqua facta nob narrat vt ad filia faciẽda nos admonet. In iſto igiꝫ euº beat⁹ Mat. quattuoꝛ tangit. ſ.

Officiũ pietatis inducentis.
Faſtigiũ dignitatis excellentꝭ.
Prodigiũ ꝑtãtis ꝑſidentis.
Inditiũ prauitatis inuidentis.

¶ Primũ probat generoſa cõmendatio. 2ᵐ gratioſa purgatio. 3ᵐ vigoroſa curatõ 4ᵐ vitioſa emlatio. Pᵐ in ꝑnº. 2ᵐ ibi intrauit yhs in tẽpᵐ. 3ᵐ ibi. ꝛ acceſſerũt ad eũ ceci ꝛc. 4ᵐ ibi vidẽtes aũt ꝑncipes ꝛc.

Prima pars.

Quantũ ad primũ. vbi tangit ꝛc. ꝙ ꝑbat ꝛc. diċ. Cũ intraſſꝫ yhs ꝛc. Cũ enim xps poſt ſuſcitatiõnem Lazari. ꝙ fuit factũ valde famoſum in ꝑplo veniret Ieroſolimã hoies ciuitatis ierũt ſibi obuiã cum ramis palmaꝝ ꝑſternẽtes veſtimẽta ſua i via ꝛ cũ magnis laudibus eũ regem Iſrl appellabãt. hic 2º poſſumus ꝯſiderare. ſ.

Admiratiõeꝫ maieſtatꝭ honoꝛate.
Expꝛeſſionem ſanctitatꝭ dedicate.

¶ Quantũ ad primũ dicit. Cum intraſſꝫ yhs ꝛc. ciues enim ierᵐ. vidẽtes xpm cũ multitudine hoium ciuitatẽ intrare ꝙ añ cũ tanta ſolẽnitate nõ viderant ignoꝛãtes hui⁹ facti miſteriũ merito cõmoti ꝛ mirati fuerũt. d. qs eſt hic. q. d. iſte q ſic intrat magnifice q rex ab hoib⁹ nominaꝫ quis ẽ. ¶ Quantũ ad 2ᵐ dicit ꝑpli ãt dicebãt hic ẽ yhs ꝛc. Lꝫ enim ſcribe ꝛ pheꝫ inuiderent xpo. tñ ꝑpls ſimplex vidẽs mirabilia q̃ faciebat i doctria ꝛ miracul' ipꝫ venerabanꝫ. d. hic eſt yhs ꝑpha a Nazaret gallilee. hic inq̃ꝫ. q: ꝑp eius ſingulareꝫ excellentiã. quia nõ eſt ſilis ſibi. Nã Baruc 3. Hic ẽ ds nr̃ ꝛ nõ extimabiꝫ alius ad eũ. eſt yhs ꝑp eius pietatẽ ꝛ miaꝫ yhs ſaluatoꝛ interpꝛetaꝫ. ꝛ ipe ſḋm miam ſuã ſaluos nos feċ tyt. 3. ꝑpha ꝑp eius claritatẽ. ꝛ ſapientiã. q: ipe oia nouit vñ ꝑpha magn⁹ ſurrex. i nob Luċ. A nazaret galilee q̃ iterpꝛetaꝫ floꝛ. ꝑp eius puritatẽ ꝛ inocentiaꝫ. vt ipletũ ſit ꝙ dcm̃ fuit ꝑ ꝑphas qm Nazareus vocabiꝫ. ¶ Sciendũ eſt circa iſtaꝫ ꝑtem in qua fit mentio de aduentu xpi in ierᵐ. ꝙ ꝑ iſtam ciuitateꝫ intelligiꝫ iſte mũdus qui ꝑt dici ciuitas ierᵐ q̃ viſio pacis interpꝛetaꝫ. quia in ipſo oꝫ eſſe pax ꝛ concoꝛdia per amoꝛem vt ſit in terra pax hominibus bone voluntatis Luċ. 4. ad iſtaꝫ ciuitatem venit yhs vnde dicit Io. 15. Exiui a patre ꝛ veni in mundũ. tunc vidit. ꝛ comota ẽ terra. i ps. Quia tũc magna cõmotio ꝛ admiratio potuit eſſe vbi factus eſt deus hõ. ꝛ i omo ds. vbi ẽt viſus fuit panis exuriens fons ſitiens gaudium vagiens. ꝛ vita moꝛiens. ¶ Iſte mundus ſignatus ꝑ iſtam ciuitatem ꝑt figurari ꝑ ciuitateꝫ puam de q̃ loquiꝫ Salõn Eccli. 9. d. Hanc quoqꝫ vidi ſb ſole ſapientiã. ꝛ puaui prudentiã maximã. ciuitas pua ꝛ pauci in ea viri. venit cõtra eam rex magn⁹ ꝛ valauit eam. ꝛ extruxit munitiones ꝑ gyrũ ꝛ ꝑfecta eſt obſidio. inuẽtus eſt aũt in ea vir paup ꝛ ſapiẽs ꝛ liberat vrbeꝫ ꝑ ſapientiã ſuam. ꝛ nll's deinceps recoꝛdat⁹ eſt hois illius paupis. ¶ Ubi ſciendũ ꝙ ꝑ iſtam ciuitatem intellr mundus qui ꝑ tanto ciuitas pua dicitur ꝛ pauci i ea viri q: mundus cum ſuis habitatoꝛibus pua ciuitas ẽ reſpectu citatis ſupne. ¶ Per regem aũt magnuꝫ cum ſuo exercitu qui venit cõtra ciuitateꝫ iſtam intelligiꝫ dyabolus cum multitudine vitioꝛũ. qui ideo magnus ꝛ potens diciꝫ q: iuxta illḋ Iob. 41. Non eſt ſup terram poteſtas que comparet ei. qui factus eſt vt nllm timeret. omne ſublime vi. ipſe ẽ rex ſup omnes filios ſupbie. ¶ Iſte igitur tanq̃ rex magnus ꝛ potens hanc ciuitatem valauit ꝑ gyrum mũitiones extruxit. q: ante xpi aduentũ ex omni ꝑte nũc obtinens vitiuꝫ oculoꝛũ. nunc auriuꝫ. ꝛ ſic de ſingulis mẽbris homines ipugnabat ꝑfecta vero fuiſſe obſidio dicitur. q: ſugerẽte dyabolo ad tantum fuerat mundus deduct⁹ ꝙ ſequẽtes homines tẽptationes ipſius eis ꝑpinquũ excidium iminebat. Nam ſicut dicitur Geñ. 6. Omnis qppe caro coꝛrupit viam ſuam. Sic autem mundo exiſtente i tam magno picuło ſubuenire voluit diuina clementia ne periret miſit filium ſuuꝫ quem voluit pꝛo liberatiõe hominum incarnari vnde Gal. 4. At vbi venit plenitudo tẽpoꝛis in quo miſit deus filium ſuũ factum ex muliere factuꝫ ſub lege vt eos qui ſub lege erant ꝛ adoptionem filioꝛum recipemus. ꝛ tunc in hac ciuitate inuẽtus eſt vir paup ꝛ ſapiens. i. xps yhs q dr̃ vir a virtute. ipſe ẽ enim dei virtus ꝛ ſapientia xps. i. Coꝛ. 2. ꝛ ideo etiam ſapiens dicitur. etiaꝫ paup quia ipſe diċ Mat. 4. Uulpes foueas habent ꝛ volucres celi nidos filius autem hominis nõ habet vbi caput ſuũ reclinet. ¶ Iſte igitur ꝑ ſapientiam ſuam liberauit hanc vrbẽ qñ in ligno crucis triũphans ḋ dyabolo a ſeruitute ipi⁹ mund⁹ eripuit. ꝛ tradidit libertati ſed tñ auerte ingratitudinem tãti beneficij. Nã dr̃ ꝙ nullus ḋinceps recoꝛdatus ẽ hoib⁹ illius paupis. ¶ Nam re uera ſic eſt quia licet hoies a xpo tantuꝫ beneficiũ recepe rint. tñ ſic ingrati nõ recoꝛdanꝫ ḋ ipſo qn potius ſequẽtes mundi ꝛ carnis ꝯſideria ſe ipſos ſubiciũt ſeruituti dyaboli. ꝛ eternaliter cõfunduntur quoꝛũ miſerã vitam deploꝛans apls Phy. 3. Multi ambulant quos ſepe dicebam vob. nunc aũt ꝛ flens dico inimicos crucis xpi quoꝛuꝫ finis interitus eſt quoꝝ deus venter eſt ꝛ gloꝛia in ꝯfuſione eoꝛum q terrena ſapiunt o q̃ꝫ mundum recoꝛdanꝫ laſciui auari ꝛc.

Secunda pars.

Equiꝫ ꝛ intrauit yhs in tẽplum ꝛc. vbi tangit officium pietatis inducẽtis ꝙ ꝑbat purgatio gratioſa ſacerdotes enim legis tempoꝛe moyſe in qua offerebanꝫ ḋo animaliũ ſacrificia ducti aua⁹. vt pl'es poſſent hr̃e hoſtias ne aliquis poſſꝫ ſe excuſare de offerendo ſacrificio iuxta exigentiã ſui ſtatus oꝛdinauerũt ſecundum Ieroᵐ. ꝙ in pꝛimo atrio templi animalia que apta erant ad ſacrificia venderenꝫ. ꝛ vt h poſſent facere comodius oꝛdinauerũt ꝙ eſſent cãpſoꝛes ſiue numularij qui non habẽtibus pꝛeſtarent pecuniam vel cãbirent. ¶ Chꝛiſtus igitur intrans tẽplum ꝛ videns ſecunduꝫ Ieroᵐ in ipſo fieri negociatiõem indebi

tam expulit ea de templo rationabiliꝫ ſu per hoc aſſignans cauſam ſecundū h̄ igit̄ hic tria poſſumus ꝯſiderare.ſ.

Ingreſſum imittabilem.

Effectū admirabilem.

Proceſſuꝫ rationabilem.

¶ Quantū ad primū dicit ⁊ intrauit yħs in tēplum dei. Cōſuetudo quideꝫ xp̄i erat quando ibat ierᵐ intrare tēplum domini ⁊ ibi populum inſtruebat vbi Criſo. Hoc erat proprium boni filij vt ad dominū cur reret patris ⁊ illi honorem redderet. ⁊ in h̄ ſecundum Criſoᵐ. dedit nob̄ exempluꝫ vt libenter eccl'aꝫ viſitemus. ¶ Quantuꝫ ad ſecundum dicit ⁊ eiciebat omnes ⁊c. in h̄ enim ꝙ xp̄s tria genera hominuꝫ eiecit de templo dat nob̄ intelligere ꝙ templuꝫ non debet eſſe locum emptionis nec vēditionis ſed orationis ⁊ deuotionis. ⁊ ideo cauſam aſſignans ſubdit. d. Nolite facere ⁊c. ¶ Quantū ad tertium dicit ſcriptum eſt domus mea ⁊c. ex h̄ enim ꝙ domus dī domus orationis nō autem negociatiōis oſtendit xp̄s in expellendo negociatores d̄ tēplo dñi rationabl'r proceſſiſſe. ꝙ ſcriptum ſit domū dei eſſe domus orationis audi Iſ. Iſ. 6. Domus mea dom⁹ orationis eſt ꝯctis populis. ait dominus deus. ⁊ h̄ eſt ꝙ xp̄s reduč ſcripturaꝫ ad memoriam. d. ſcriptum eſt ⁊c. dicūtur autem feciſſe domū orationis ſpelūcam latronum quia ſicut latrones habitant in cauernis ⁊ ſpelūchis vt depredenť alios ⁊ pecuniā auferant ſic iſti tam ſacerdotes qui illud ſuſtinebant in tēplo fieri q̄ꝫ ſeculares qui talia faciebāt vt tēporaliter lucrarētur in quo ſecundum Origenem nō debent vendere ⁊ emere ſed orationibus tantū vacare. qui congregant̄ quaſi in domo orationis. ¶ Sciendū eſt aūt circa iſtam ptem loquēdo moral'r. ꝙ ꝑ illud tēpluꝫ ꝙ dom⁹ oratōis dr̄: intell'r ql'ꝫ hō. q per inhabitātem diuinā grām dꝫ eſſe tēplum ⁊ dom⁹ dei iuxta apl'i. i. Cor. 3. vos eſtis tēplū dī viui. Qr vero iſtud tēplum dom⁹ orationis dr̄. ideo dꝫ hō inſiſtere diuinis laudib⁹ ⁊ oratōi dicēdo cū apl'o. 1. Cor. 14. Orabo ſpū orabo ⁊ mēte. ¶ Licet āt iſtud tēplū ſic ſanctū deberet eſſe tñ ipm mltoč. poluūt per pecā vñ. 2. Eſdre. i. Polluerunt tēpluꝫ dñi ꝙ ſanctum erat i ierᵐ. Naꝫ ſič dr̄. 2. Mach. 6. tēpluꝫ luxuria ⁊ ꝯmeſatiōib⁹ plenū erat. ⁊ ideo dr̄ ꝙ yħs inuenit in tēplo ⁊c. quos oēs eiecit d̄ tēplo. vbi ſciēdū ꝑ emētes ⁊ vendētes itelligi poſſunt pccm̄ nimie ſolicitudinis tēporal' ꝑ numularios aūt ſiue cāpſores intelligi p̄t pccm̄ iſtorū qui ꝑ tēporalibus eterna cōmutant ſpetial'r viri eccleſiaſtici de quibus Ro. i. Qui cōmutant veritatem dei i mendatiū ⁊ colluerūt ⁊ ſeruierunt creature potius q̄ꝫ creatori. ¶ Per vendētes aūt columbas intelli̇ poteſt pccm̄ ſymonie que venduntur ſpūalia pro tēporalibus. ⁊ iſtud ē peccatuꝫ tam ex pte vendentiū q̄ꝫ ex pte ementiū diſplicibile deo. vendentes auteꝫ ꝓprie dicunť giezite a giezi famul'o helyſei. qui pro ſanitate Naamā queꝫ eliſeus virtute diuia curauerat voluit hr̄e tēporaleꝫ mercedem vt pꝫ. 4. Re. 4. ꝓpter ꝙ factus fuit leproſus vt pꝫ ibidem. ¶ Emētes auteꝫ ꝓprie dicunť ſymoniaci a ſymone mago dicti q a petro ⁊ ab alijs apoſtolis voluit emere grām ſpiritus ſancti. vt habeť Act. 8. Cui petrus dixit pecunia tua tecū ſit in pditioneꝫ qᵐ donū dei extimaſti pecunia poſſideri iſtos aūt omnes expellit xp̄s de templo per ꝙ datur nob̄ intelligere ꝙ de nob̄ ipſis qui debemus eſſe templum dei expellamus omnia vicia. iuxta illud Augu. in ſermone d̄ dedicatōe eccl'e d. Quantū poſſumus cuꝫ dei adiutorio laboremus ne deus noſter in templo ſuo h̄ eſt in nob̄ ipſis inueniat ꝙ occl'os ſue maieſtatis offendat. ſed habitaculum cordis noſtri euacueť vitijs ⁊ virtutibus repleatur claudatur dyabolo. ⁊ aperiatur xp̄o. ¶ Qualiter autem debeat ornari vt ſit



dignuꝫ templū dñi fuit ſignatum. 4. Re. 4. Ubi dicitur ſentential'r. ꝙ cuꝫ elyſeus frequenter trāſiret per quādam regionem q̄ vocabať ſuna diuertit ad domū cuiuſdam mulieris ſunamitis vt comederet panem que videns iſtuꝫ ꝓpħam ad ſe frequēter venire dixit ad viruꝫ ſuū animaduerto ꝙ vir dei ſanctus ē iſte qui trāſit frequēter per nos faciamus ergo ei cenaculum puū ⁊ ponamus enim in eo lectulū ⁊ menſam ⁊ ſelam ⁊ candelabruꝫ. vt cum venerit ad nos maneat ibi. ꝙ ⁊ factum eſt vt mulier illa dixit. ¶ Ubi ſciendum ꝙ ꝑ mulierꝫ ſunamitem qui interpretať miſera vel captiua ſeu mortificās vel mortificata intelligi poteſt peccator qui primo miſer dicitur quia caret diuina gratia d̄ quo Apoč. 3. Dicis ꝙ diues es ⁊ locupletatus ⁊ nullus egeo. ⁊ neſcis quia tu es miſer ⁊ miſerabil' pauper cecus ⁊ nudus. ¶ Secūdo dicitur captiu⁹ quia per peccatū ligatus a dyabolo captiuať. ¶ Tertio dicit̄ mortificans ſeu mortificatus. quia in ſe mortificat diuinam gratiam vitam hominis ſpiritualem ⁊ ideo eſt etiaꝫ mortificatus vnde tali cominando dicit dominus Apoč. 3. Scio opera tua quia nomen habes ꝙ viuas ⁊ mortuus es. ¶ Per heliſeum q deus meus ſaluator interpretať intelligitur Chriſtus yħs qui verus de⁹ ⁊ homo ⁊ noſter ſaluator ſcimus quia hic eſt vere ſaluator mundi Io. 4. Iſte venire frequēter dicitur ad hominem peccatorem quando ſibi bonas inſpiratiōes immittit vt cōuertatur ad ſtatuꝫ gratie. h̄ igitur ſentiēs ⁊ cognoſcens Chriſtuꝫ ad ſe tam benigne ⁊ miſericorditer venientem debet inſtar mulieris huius alloqui virum ſuū: per virum enim in homine intelligitur ratio qr ſicut vir domum regit ſic ratio in homine debet ipſum in ſuis actibus regulare quando vero proponiť vt Chriſto fiat habitaculum non debet reſiſtere ſed vt xp̄s in eius anima hedificetur paruū habitaculum cōſentire in quo debem⁹ quattuor ponere inſtar illoꝝ quattuor q̄ in cenacl'o eliſeo ꝑparato fuerūt poſita. ſ.

Lectulū puritatꝭ ⁊ munditie.

Menſa pietatis ⁊ mie.

Sellam hūilitatis ⁊ obediētie.

Candelabrū rectitudinis ⁊ eurᵉ.

¶ Primo lectulum puritatis ⁊ mundiᵉ. Nam homo debꝫ purgare animā ſuaꝫ ab omni peccato vt poſſit dr̄e illud Cañt. 2. Ecce tu pulcer es dilecte mi ⁊ decorus. lectulus nr̄ floridus. i. ab omni peccato mūdus ⁊ purus. ¶ Secūdo debemus ponere menſaꝫ pietatꝭ. ⁊ miſericordie ad ꝙ nos faciendum dꝫ mouere illud Mat. Beati miſericordes qm̄ ipſi miſericordiā cōſeqn tur vnde xp̄s Luč. 6. Eſtote miſericordes ſicut ⁊ pr̄ veſter miſericors eſt. ¶ Tertio debemus ibi ponere ſellam ſiue ſcānū hūilitatis ⁊ obedientie. Nam hō debet ſedere ſuꝑ virtutem hūilitatis que ē alioꝝ fundamentū virtutū ⁊ unde reſpicere qd ſibi ꝑ hūilitateꝫ eueniat qr exaltatio i glīa padiſi. quia q ſe hūiliat exaltabiť Luč. 14. vñ Ambroſius. Quiſqs cupit deitatꝭ eterne faſtigia hūilitatis. yma ſecteť. Nam ſecunduꝫ Aug. ſuꝑ Iohāneꝫ. Excelſa ē pr̄ia humil' eſt via ergo q querit pr̄iam qd recuſat viā. q. d. ñ dꝫ hūilitatē renueř q vult pr̄iam obtinere. ¶ 4° debem⁹ ibi ponere cādelabꝝ rectitudinis ⁊ eurᵉ. Nā ꝑ cādelabrū inq̄ꝫtū eſt rectū intell'r intētio recta. i q̄ꝫtū h̄o ſuꝑ eū poniť lum̄ itell'r euiᵃ. ꝯuerſatōis honeſtate vt ſic ſit cādelabꝝ d̄ q̄ dr̄ zach. 4. Uidi inqt ⁊ ecce cādelabrū aureū ⁊ rectū ⁊ lāpax eſt ſuꝑ caꝑ ei⁹. ⁊ ſepteꝫ lucerne. ſuꝑ illud rectū inq̄ꝫ ꝑ rectitudinē intentōis lāpax ſuꝑ caꝑ ꝑ honeſtatē ꝯuerſationis. ⁊ 7. Lucerne. i. v.irtutes quas hō dꝫ in ſe hr̄e.

Tertia pars.

Equitur ⁊ acceſſerūt ad eum ceci ⁊ claudi ⁊c. Ubi tangit prodigium poteſtatis preſidentis ꝙ probat curatio vigoroſa. Chriſtus enim

ex.ſtēs in templo vt ſe verū deum ⁊ regē oſtēderet ſicut turba clamauerat in ipſius introitu in ciuitatem ſua ꝓpria virtute fe cit multa miracula inter q̄ cecos illumia uit ⁊ claudos erexit. ¶ Sciendū ē autem loquendo moraliter ꝙ homo per peccatū excecatur in intellectu. ⁊ ſic cecus dicitur iuxta illud ſap. 2. Excecauit eniȝ illos ma litia eorum. Recuruatur in affectu ⁊ effi citur claudus. vnde de ipſis conqueritur dñs. d. per ps. Filij alieni mentiti ſunt mi hi. filij alieni inueterati ſunt ⁊ claudicaue runt a ſemitis ſuis. ¶ Iſti ſic ceci ⁊ clau di in introitu regni celoꝝ priuantur ꝙ fu it figuratum. 2. R. v. vbi dr̄ ꝙ cec⁹ ⁊ clau dus non intrabit in templum dñi. ꝑ iſtud igitur templū intelligitur regnum celoꝝ. d̄ quo ps. Dñs in templo ſcō ſuo: dñs in celo ſe des eius. ad iſtud templū ceci ⁊ claudi .i. peccatores intrare non poſſunt niſi pri⁹ vi ſum recipiant aut i ceſſū. Illuminationem aūt ⁊ greſſum recipit peccator ꝑ aduētuȝ xp̄i yh̄u in cuius ſignum dr̄ ꝙ in templo ſanauit cecos ⁊ claudos.

Quarta pars.

Equitur. Et videntes aūt princi pes ſacerdotum ⁊c. Vbi tangit S iudiciuȝ prauitatis: ꝙ ꝓbat emu latio vitioſa. Valde qdeȝ rōnabile eſt. vt qñ aliqs bonus doctor ⁊ magnus ſtat cuȝ aliqbus ⁊ ipm nolunt audire ſȝ ipm dſpi ciūt: ꝙ ipos tanq̄ȝ indignos eius pſentia deſerat ⁊ ad alios ſe transferat ei⁹ doctri na cum reuerentia libētius audientes. ¶ Quia igit̄ principes ſacerdotum ⁊ ſcri be inuidentes xp̄o non libenter ipm au diebant conuētens fuit vt ipſis relictis ad alios ſe transfreret. ſm hoc igitur hic duo poſſumus conſiderare. ſ.

Collegij perſequentis pturbatōem.

Xp̄i patientis abſentatōem.

¶ Quantum ad primum dicit. Vidētes autem principes ⁊c. vbi duo tangit. ſ.

Collegij malignitatem in increpādo.

Chriſti ſagacitatem in rn̄dendo.

¶ Qm̄ ad primum dicit. videntes autē principes ⁊c. vbi ipoꝝ malignitas i duo bus exprimit̄. ſ.

In cogitatōe cordis pueꝛſa.

In expreſſione oris indebita.

¶ Quantum ad primum dicit. Vidētes autem ⁊c. Principes autē ſacerdotum ⁊ ſcribe qui principaliores erant non ſolum viſo illo facto mirabili. ſ. ꝙ Chriſtus de templo ſine contradictione tantam expu lerat multitudinem hominum non credi derunt in ipſum ſicut fecerunt ceci ⁊ clau di qui venerunt vt curarentur ab ipſo: ſed nec etiam videntes alia que fecit mirabi lia: cecos illuminando: claudos erigendo: nec etiam cantus puerorum innocentium audiendo conuerſi fuerunt ad Chriſtum: ſed contra ipſum ex inuidia fortius indi gnati vt de ipſis dici potuerit illud. 4 R. 3. Facta eſt indignatio magna in. ¶ Qm̄ ad expreſſionem oris indebitam dicit. Et di xerunt audis quid iſti dicunt. Res qdeȝ vehementer in corde concepta vix poteſt retineri quin verbo exprimatur. Et ideo quia principes ſacerdotum ⁊ ſcribe forti ter in corde conceperant contra Chriſtuȝ tanq̄ȝ magis accēſi inuidia ex ipſius ope ribus verbis exprimunt eorum malignū conceptum. ⁊ ideo indignati quia lauda batur a pueris: dicunt non audis qd iſti dicunt. q. d. ex quo audis quid iſti dicunt non deberes ſuſtinere ſ̄. cum tu ſis homo ⁊ te laudant vt deum. ¶ Quantum ad Chriſti ſagacitatem in reſpondendo di cit. yh̄s auteȝ dicit eis ⁊c. q. d. audio quid dicūt ⁊ intelligo. ſȝ ſ̄ non reprehēdo q: ſ̄ ꝓphetatum erat d̄ me. ⁊ iō dicit nunq̄ȝ le giſtis ⁊c. Inquantum autem dic̄ ꝓphetia ex ore infantium ⁊ lactentiuȝ pfeciſti lau dem. nō eſt intelligēdum ad lrām ſȝ Cri ſo. ſup Math. cum tales non poſſint loq: ſed eſt intelligēdum ſpiritualiter ꝓ pue ris ſimplicibus delectationeȝ ſentientib⁹



in mirabilib⁹ xp̄i vnde hic ſcōm Criſo. lac pro ſuauitate mirabiliū xp̄i accipitur. ¶ Quantū ad ſecundum. ſ. xp̄i patientis abſentatōem dic̄. ⁊ relictis ill' abijt ⁊c. vbi duo poſſumus cōſiderare. ſ.

Deſertiōem pſequentiū.

Inſtructiōem adherentiū.

¶ Quantū ad primū dicit ⁊ relictis illis quia ſcōm Criſoᵐ. ſup Mat. malū hoiem melius locū dādo pōt aliquis vincere q̄ȝ reſpondēdo q: malitia non inſtruit̄ ſermo nibus ſed excecat̄. ⁊ ideo xp̄s recedendo cōpeſcere ſtuduit quos reſpondendo nō cōpeſcuit. ¶ Sciendū eſt aūt ꝙ q: xp̄s erat pauperrimus ⁊ paupes ſapiē ad nuti bus deſpitiunt̄ non inuenit in ierᵐ qui re ciperet eū ad hoſpitiū. ⁊ ideo ſcōȝ Ieroᵐ. iuit bethaniā vbi fuit reuerēter recept⁹. ¶ Quantū ad inſtructiōem adherentiuȝ dicit ⁊ docebat eos de reg° dī. xp̄s enim licet magnos ſuis imeritis exigentibus debat tn̄ bonos ⁊ humil's inſtruit qualr̄ poſſint ad celeſtem patriā puenire quos inuitat ad ſe ꝑ ps. d. Venite filij audite me timorem dñi docebo vos qs eſt homo q vult vitam ⁊c. ¶ Moraliter aūt loquen do per pncipes ſacerdotū ⁊ ſcribas quos xp̄s reliqt intelligunt̄ auari ſuperbi ⁊c. per illos auteȝ qui erant in bethania qui interpretat̄ domus obie intelligunt̄ obe dientes ⁊ humil's de quibus dr̄ Mat. 19. Sinite puulos venire ad me ⁊ nolite pro hibere eos talium enim eſt reᵐ celoꝝ ad ꝙ nos ⁊c.

¶ Feria q̄rta dñice ꝑme i q̄dragesſima.

Cceſſerunt ad yh̄m quidaȝ de ſcribis ⁊ phris. d. magi A ſter volumus a te ſignum videre Mat. 12. Bonus do ctor ⁊ paſtor debet ſolicitu dinem habere de diſcipulis ſuis. ⁊ ſubdit vt eos ad viaȝ veritatis inſtruat ⁊ ad me ritorie operādum inducat. ſ̄ aūt ſquantuȝ ad preſens ſpectat quadrupliciter debet eſſe. ¶ Primo ipſoꝝ nimiam pſumptio nem ⁊ audatiam reprehēdendo. ¶ Secū do peccati penāȝ ignominiā intimando. ¶ Tertio bonoꝝ operum pſeuerantiā ad mouendo. ⁊ recidiuatiōis periculū oſten dendo. ¶ Quarto ꝓmiſſionis premij ma gnitudinem ꝓponendo. ¶ xp̄s igitur bo nus paſtor ⁊ doctor in eua° hodierno oia predicta fac̄ ⁊ per ꝯſequens nos perfecte ad boᵐ induc̄. ⁊ ſecundū ſ̄ beat⁹ Math. in hoc eua° quattuor tangit. ſ.

Tēptantium repꝛhenſiuū inditiū.

Recidiuantiū periculoſum flagitiū.

Peccantiū ignominioſum iudiᵐ.

Adherentiū amoroᵐ conſortiū.

¶ Primū probat mortal' figuratio. Secū dum finalis condēnatio. Tertium culpal' cumulatio. Quartum cōſanguineal' con iunctio. Primū in prin°. Secundū ibi ni niuite ⁊c. Tertiū ibi cū immund⁹ ſpūs ⁊c. Quartū ibi adhuc eo loquēte ⁊c.

Prima pars.

Vantū ad primū. vbi tangit ⁊c. Q ꝙ probat ⁊c. dicit. Acceſſerunt ad yh̄m ⁊ ſcribe quideȝ ⁊ pha ryſei tanq̄ȝ inter alios magis inuidentes xp̄o ⁊ eius operibus videntes ꝙ in cura tione infirmorū ⁊ reſuſcitatiōe mortuoꝝ operabat̄ ſupra naturam humanā non co gnoſcentes deitatem ipſius. cum tamen admirari debuiſſent ⁊ ipſuȝ deum cogno ſcere [illegible] experiētia volue runt ab eo vnde iſta mirabilia faciebat ⁊ ideo quidā ex ipſis acceſſerūt ad eum vt ſup his q̄ faciebat daret aliqd ſigᵐ. ſcōm ſ̄ igit̄ hic duo poſſumus ꝯſiderare.

Collegij tēptantes malitioſaȝ interroga tionem.

Chriſti repꝛhendentē ſnioſaȝ ſolutiōem.

¶ Quantū ad primū dicit acceſſerūt ⁊c. vbi ſciendum ꝙ ſcribe ⁊ phieꝝ tanq̄ȝ ſimu latores credētes ex verb adulatorijs xp̄ȝ

facilius inclinare ipm vocant magistrū cum tñ nolebant esse discipuli. ꝛ ꝙ simulatorie ipsum magistrū vocauerint pꝫ quia pauloante li eodem capº secundū Mat. dixerūt ꝙ ipse eiiciebat demones in virtute belzabub pncipe dmonioꝝ. ¶ Licet āt scribe ꝛ phei vidissent xpm mlta mirabilia facientē tñ secundū ... illa mirabilia nō reputabāt. ꝛ ideo sigᵐ de ceº querebant. s. ꝙ helyas fec ad cuius inuocationē sicut habet primo. Re. 18. Cecidit ignis de ceº vel tonitrua ꝛ fulgura ꝛ pluuias ꝯtra morem prie sicut fec vt habetur. 1. Re. 12. vel ꝙ māna d celo descēderet sicut fuit factum tpore Moy. vt habet Exo. 16.

¶ Quantū ad scdꝫ dicit. Qui respondēs ait ill' ꝛc. quādo aliquis bonº ꝛ sapiēs ab aliqbus mal' temptat vt ipsorum detestet malitia dꝫ ipsos rephendere ꝛ ad q̄stionē factā ſm eoꝝ exigentiā respondere quia igit scribe ꝛ phei nō erant digni signū diuitatis xpi videre nisi i suis miraculosis effectibus. ideo rephēdit ipsoꝝ audatiā. respondens quale sigᵐ malitiose petētibus ē daturus. ꝛ secundū h hic q̄ttuoꝛ possumus cōsiderare. s.

Austeritatem obiurgatōis.
Curiositatem postulatōis.
Ueritatem determinatōis.
Claritatem solutionis.

¶ Quantū ad pᵐ dicit generatio mala ꝛ adultera ꝛc. qꝛ enim ſm Crisoᵐ. isti cuꝫ adulatōe loquebant xpo vocātes ipꝫ magistrū. ideo ds eos vehemēter arguit. ꝛ inuocat eos generatōeꝫ malam ꝛ adulterā: malam ,ppter eorum mala opera: generationē quia cū recepissent a xpo secundū Crisoᵐ. mlta beneficia erant ingrati: adulteraꝫ vero quia cū ds generatōeꝫ ꝛ gentē iudeoꝝ eligissꝫ sibi i speciale pplꝫ eis multas grās faciendo puta legē ipos ꝯseruādo. ꝛ de ipsis nascēdo pp ꝙ ipm i spālē dᵐ hre debuissent scdm Ieroᵐ. Ipm despexerūt h est generatō d q̄ dr Deutero. 32. Generatō eſt puersa ē ꝛ infideles filij. q̄ describit salōn. Prouer. 30. d. Gnatio q̄ patri suo maledic. ꝛ mri sue non benedic. ecce blasphemi. generatō cuiº excelsi sunt oculi ꝛ palpebre eius i altū surrecte. ecce supbi generatō q̄ p dētibº gladios habēt ꝛ cōedit molaribº suis vt comedat de terra inopes ꝛ paupes ex oibus ecce auari.

¶ Quantū ad curiositatē postulatōis dicit sigᵐ querit vt sic dicat illd Iudith. 6. Da mihi signū ꝙ tu vis q loq̄ris ad me.

¶ Quantū ad veritatem determinatōis dicit ꝛ signum nō dabit ei nisi ꝛc. scribis ꝛ phieys petētibº sigᵐ a xpo de ceº deitatis sue tanq̄ idignos ſm rabanū dare noluit sic dedit aplis sed soᵐ dat eis signū mortalitatꝫ. ꝛ sepulture sue cuius signū ꝑcesserat in iona. ¶ Quantū ad claritateꝫ solutōis dicit sicut enim fuit ionas ꝛc. In h enim dicto d iona figuratiue xpo scdm Rabanū dat eis sigᵐ sue mortalitatis q̄ pro nob fuit mortuº ꝛ positus i sepulchro inde postmodū resurrexit instar ione. q pieccº in mari ꝛ receptus a pisce postmodum viuº ad aridā est piectus. ¶ Ad exponēdaꝫ aūt istaꝫ figurā sciendū est ꝙ quātū ad psens spectat ad nrm ppositū. q̄ per mare in quo erat tēpestas valida intelligitur iste mūdus in quo est tēpestas magna ꝛ sicut in mari multi piclitantur ita mlti in ꝯflictu vitioꝝ succūbunt ꝙ cognoscens ps. dicit. h mare magnū ꝛ spatiosum manibº illic reptilia quoꝝ non est numerus. anima pusilla cū magnis per quem secundū Ambro. intelligit diuersa genera inimicoꝝ que secundum nostrarū virium quātitatem cōpensato nobiscū agone luctantur. ꝛ ideo nos cautos reddens subiūgit in huius itaq̄ mundi pelago voluptatibus nob valde ptimescendum est ne naues nostraꝫ. aut procella tēpestatis obruat. aut fluctus absorbeat aut in eternaꝫ predam pirata crudel' abducat. ꝛ nob dia consiliū addit aduersus h ergo multi forma seculi mala castigatis. ꝛ castis actibº resistamus. ꝛ sic illic nauem pertrāsibunt in ps. ¶ Licet autem in isto mundo etiā nunc sit grandis tēpestas. tamen ante aduentum xpi in mūdum tanto maior erat q̄to fortius sub iugo ꝯtinebatur peccati.

¶ Per ionā autem qui interpretat colūba siue dolēs intelligit xpo yhs. sup queꝫ spiritus sanctus in colūbe spē apparuerit quādo fuit a Iohāne in iordane baptizatº qui et pro nob moriens in cruce dolores nostros ptulit. ¶ Iste igit exñs eternaliter in solio diuinitatꝫ tēporal'r est piectus quādo in mundum veniens in vtero virginis voluit incarnari. tunc aūt fuit in vētre ceti receptus q̄n post mortem suā fuit positus in sepulchro in quo iacuit tribus diebus ꝛ tribus noctibus instar ione tūc vero fuit viuº proiectus in aridā. quādo sue diuinitatꝫ potētia se die tertia suscitauit piecto igitur i mundū dei filio. ꝛ in sepulchro posito facta fuit in mūdo magna trāquilitas q: per mortem suā nos recōciliauit deo iuxta illd. 1. Ro. 5. Cū inimici essemus deo recōciliati sumus pp mortem filij eius. ¶ Ista aūt recōciliatio. ꝛ trāquilitas p xpꝫ facta fuit nob figurata Gen. 19. vbi sīnaliter dicitur. Quod cum ds ꝑpter peccata hominū iratus fuissꝫ generi humāo. ꝛ misissꝫ diluuiū in quo omnes excepto Noe ꝛ vxor eius cum tribus filijs ꝛ vxoribus eoꝝ submersi fuerunt volens postmodū cum hoibus pacē facere dedit signū. d. archū meum pōaꝫ in nubibus celi ꝛ erit sigᵐ federis inter me ꝛ inter terram. ¶ Ubi sciendū ꝙ per iraꝫ q̄ habuit deus ,ppter peccata hoium contra genus humanū intelligit ira q̄ habuit cōtra ipꝫ ,ppter peccata primoꝝ parentū. ,ppter q̄ omnes submersi vt nullus ceᵐ ascēderet sed quilꝫ descendebat ad limbū volens āt ds ex sua benignitate pacē facere cuꝫ hominibus dedit eis signū mirabl'e. s. archū in nubibº. per archū enim q est armatura belica cōuenienter intelligit dei filiº. quia sicut pugil venit in mundū ꝛ sup lignum crucis cōtra dyaᵐ pugnans viriliter ipꝫ deuicit. iuxta visionem mirificā q̄ vidit. Iohes Apoc. 6. ¶ Uidi inqt ꝛ ecce equº albus ꝛ q sedebat sup eum hēbat archuꝫ ꝛ data ē ei corōa ꝛ exiuit vincēs vt vinceret. ¶ Iste archus. i. di filius tūc positus fuit i nubibus q̄n pro nob fuit elleuatº in cruce. ꝛ tūc fuit signū veruꝫ. ꝛ efficax nre redemptōis vel reconciliatōis cum deo.

¶ Istud igitur est signum ꝙ dat nobis xpo sue mortalitatꝫ. ¶ O quale signum ē istud. quis eim vnq̄ audiuit simile. s. ꝙ xpo moriendo nos viuificaret a seruitute dyaboli nos liberaret ꝛ deo pri reconciliaret. istud est de numero signoꝝ d quo dixit dño Exo. 24. Signa faciam q̄ vnq̄ visa sunt super terrā. ¶ Istud signū pōt figurari per vnum de signis de quibº sententialr dr Iere. 32. Eduxisti pplm tuum israel de terra egypti i signis ꝛ prodigijs ꝛ in manu robusta. ꝛ dedisti eis terraꝫ fluentem lacte ꝛ melle ꝛ possederunt eam.

¶ Ubi sciendum ꝙ per egyptum intelligitur status hois in peccato mortali facientem tenebrosum de quo nos eduxit. qꝛ nos per mortem suam redemit: p q̄ etiā nobis iāua paradisi aperuit vt possideamus terram illam delectabilem. de q̄ ꝑ ps. Portio mea dñe sit in terra viuentium. dicat igitur quilꝫ fidelis xpianus illud Dan. 3. Signa ꝛ mirabilia fecit apud me deus excelsus.

Scda pars.

Egtur viri Niniuite ꝛc. vbi tangit peccantiū ignominiosum iudiciū. ꝙ pbat finalis ꝯdēnatio. pecm qdē p pniaꝫ delet: p sapiētiā euitat.

¶ Iudei igit reprehēdūnt a xpo ſꝫ Rabanū. ꝛ iprobabit eis in finali iudicio. qa ad pdicatōem noluerūt facere pniam sic fecerūt niniuite ad pdicatōem Ione: nec eius sapientiam audire vt peccata vitarent sicut fecit regina Sabba que venit

audire ſapientiā ſalõnis. ¶ Sciendū eſt
aūt hic vbi fit mentio de pnia ⁊ cõuerſio
ne niniuitarū q Jona pdicante ſubuerſio
nem ciuitatis inter alia niniuite tria fece
runt. ¶ Nam ieiunauerūt cõtra carnis d
litias. veſtiti ſunt ſaccis: cõtra mūdi blā
ditias. clamauerūt ſe hūiliādo: cõtra ſup
biam excellētias, vt ſic p pᵐ fuerint caſti.
per 2ᵐ paupes. per 3ᵐ humiles ad q̃ con
uerſionem nos admonet beatus Petrus
3.d. penitimini igit ⁊ ɔuertimini vt deleā
tur pccā vrā. Naȝ Eccli.12. Altiſſim⁹ odio
hȝ peccatores ⁊ miſertus ē penitentibus.
⁊ h q ipſe dicit Ezechil.18. ſi aūt impius ege
rit penitentiā de omnib⁹ peccatis ſuis q̃
operatus ē ⁊ cuſtodierit oīa pcepta mea
vita viuet ⁊ nõ moriet. ¶ Hoc aūt fuit fi
guratum.2. Paral.33. in manaſſe rege de
quo ſinialr dicitur. Quod cum ipe fuit ma
lus ⁊ etiam ſeduxit habitatores ierᵐ vt
facerent malum qui nolens audire corre
ctionē dñi captus fuit a pncipibus exerci
tus aſſirioꝝ aduerſantes pplo dñi queȝ iū
ctus cathenis ⁊ cõpedibus duxerūt in ba
bil. vbi exñs in afflictõne ⁊ anguſtia ora
uit ad dñm deuȝ ſuū. ⁊ egit penitētiā valde
coram deo queȝ tandē exaudiens dñs re
duxit in ierᵐ. in reᵐ ſuū. ¶ Ubi ſciendū
q p manaſſem regē q interpretat obliuio
ſus qui fuit malus ⁊ ēt alios induxit ad
malū qui correctõeȝ dñi audire noluit in
telligit peccator q multocies nõ soᵐ fac ma
lum ſed ēt alios fac peccare nec vlt corre
ctionem alicui⁹ audire de quo. ⁊ ſuis ſimi
libus dic. Js.29. Peccare faciebāt hoies
in verbo ⁊ arguentē in porta ſupplātabāt
⁊ declinauerūt fruſtra a iuſto. ¶ Per pn
cipes vero rgis aſſirioꝝ inimicātes pplo
dñi intelligunt demones q ſunt pncipes
exercitus ſiue multitudinis vitioꝝ hūani
generis inimici. ds igit exigētibus meri
tis pmittit q dyabolus ipm ligent cathe
nis ⁊ cõpedibus ⁊ ducant in babil. q̃ iter
pretat confuſio q peccator ligatus dicit

quia nõ poteſt in deū placibiliter affectū
ſuū dirigere nec meritorie operari. ⁊ in ɔ
fuſione dr quia nõ viuit ſm rectum ordi
nem quo ſenſualitas dȝ ſubici rōi. ¶ Cō
ſiderans aūt miſer peccator ſic exñs i mi
ſeria ⁊ anguſtia q pp ſua pccā. deus pmit
tit eum affligi. debet inſtar regis manaſ
ſe de peccatis cõteri ⁊ p orationem miam
petere dicendo cū ps. Miſerere mei dñe
qm̃ tribulor. ⁊ vt oratio ſit dō magis gra
tior de pccis debet pniam agere vt dicer
poſſit illud Jere.31. Poſtq̃ ɔuertiſti me
egi pniam. ⁊ ſignanter dic. poſtq̃ cõuerti
ſti me quia pprijs viribus nõ poſſȝ reſur
gere a pc°. ¶ Si aūt ſic ad deū humilr ſe
cõuerterit ds pius abſoluēdo a peccatori
bus vinculis liberabit eū a ſeruitute dya
boli. ⁊ ſibi reſtituet reᵐ ſuū. quia i pſenti
dat ſibi grām. ⁊ ſi pſeuerauerit in futuro
dabit glām. ⁊ h eſt q dic nob xps Mat.
13. Tūc iuſti fulgebūt ſicut ſol in regno pa
tris eoꝝ. ¶ Quantū ad exēplum regine
ſabba. dicit Jero. eodē modo cõdēnabit
reginam auſtri pplos iudeoꝝ quo condē
nabūt viri niniuite Jſralē incredulum.
Nam multa hic tanguntur cõmendantia
iſtam reginā ⁊ aggrauātia pplo iudeoꝝ. ſ.
Sexū fragilitatē: q erat mlr.
Cultus diſpſitas. q non ſb lege.
Uie plixitas. q venit a finib⁹ terre.
Perſonaꝝ diuerſitas: quia ad ſalomoneȝ
puꝝ hominem.
Finis pluralitas. quia vt audiret ſapien
tiam mundanā.
¶ Judei aūt erant viri legē habebant ⁊
pinq erant xps erat ds loquebat eis xps
de celeſtibus ⁊ de miſterijs ſcripturarū. ⁊
ideo ſubdit ⁊ ecce pluſq̃ Salon hic. Nā
xps pluſq̃ Salon. q Salon fuit rex tē
poral. xps auteȝ eternalis vñ Dañ.3. Re
gnū eiꝰ regnū ſempiternū. ⁊ ptās ei⁹ a gña
tōe i ge. ¶ Fuit xps illo ſapiētior: q ipſe
virtus ⁊ ſapiª xps vl dī.1. Cor.1. ¶ Fuit
etiam ditior: q Ro.10. Jdem dñs oīuȝ



ues in omnēs qui inuocant illum. fuit eti
am fortior. q Job.9. Si fortitudo querit
robuſtiſſim⁹ eſt. fuit etiaȝ pulchrior: q ip
ſe ſpecioſus forma p filijs hominū in ps.
Fuit etiam pioꝝ. Nam Salomon fratrem
ſuū adonias fec interfici. vt habetur.3. Re.
2. xps autem p peccatorib⁹ mortem ſuſti
nuit iuxta illud pma Pe.3. Chriſtus ſel
pro peccatis noſtris mortu⁹ eſt: iuſtus p
iniuſtis: vt nos offerret deo. mortificatos
quidem carne viuificatos autem ſpiritu.

Tertia pars.

Equitur cum imund⁹ ſpirit⁹ ⁊c.
vbi tangit recidiuantium picu
loſum flagitium. q probat culpa
lis cumulatō. ¶ Jſta qdem parabola pri
mo introductiue pōt exponi allegorice d
populo gentili ⁊ populo iudeoꝝ ad h fu
it ſpāliter a xpo itroducta ſm Jero. Nō
vt qdam volunt dicer ad hereticos litte
raliter applicanda q ſatis pōt patere ex ſe
quentibus in qbus xps eam applicat ad
pplm iudeoꝝ. Scdm hoc igitur hic duo
poſſum⁹ conſiderare. ſ.
Parabole ppoſitōem generalem.
Jpſius applicatōem ſpālem.
¶ Exponendo pmo allegorice d populo
gentili ⁊ iudeoꝝ ſimul. ¶ Sciendū q pri
mo dyabol⁹ habitauit in iudeis tempore
legis nāe ſȝ poſtmodū poſt circōciſionem
⁊ legis ſuſceptōem receſſit ab eis ⁊ venit
ad gentiles. ſed quia poſtmodū gentiles
receperunt fidē xpi ⁊ iudei ipm ſpreuerunt
receſſit ab eis ⁊ reuerſus eſt ad iudeos ⁊
nūc in eis dr habitare. ⁊ ſic intelligēdus
ē iſte paſſus. ¶ Qᵐ ad 2ᵐ dic. ſic erit ge
neratōi huic ⁊c. xps eim pabolice loqns
iudeis crudelib⁹ ⁊ ipſuȝ deſpitientib⁹ ap
plicat ad ipos dictā parabolā vocās eos
gñatōem peſſimā. vt ſic ſit generatō illa
q ps. Generatō praua ⁊ exaſperans. gene
ratō q nõ direxit cor ſuū ⁊ nõ ē credit⁹ cū
dō ſps ei⁹. ¶ Sciēdum ē aūt moralr lo
qndo vl exponēdo iſtā ptē d qlibȝ pccōre

a q̃ receſſerit dyabol⁹ p baptiᵐ: vl p pēi
tētiaȝ ⁊ ad ipm vult redire q h qnq poſ
ſum⁹ ɔſiderar. ſ.
Demōis egreſſuȝ appetēdum.
Progreſſum vagabūdū.
Egreſſum attēdendum.
Jngreſſum metuēdum.
Succeſſum deteſtandum.
¶ Qᵐ ad pᵐ dic. Cū imūd⁹ ſps exi. ab
hoie ⁊c. dyabol⁹ quidē dr imūd⁹ ſps: vel
formalr q ipe i ſe hȝ pcci macula. vl effe
ctiue q ſibi aſſentiēte p culpā dformat.
Jſte aliqñ dr exire ab hoie qñ p pniaȝ vl
p baptiᵐ virtute diuia abſoluit a peccato
iuxta q ds pmiſit Zach.13.d. ſpiritū imū
dū auferā d terra. i. d hoie terreo. ¶ Qᵐ
ad 2ᵐ dic. ambulat per loca arida ⁊c. per
loca qdem arida. itelligunt corda fideliuȝ
in qbus deſicatus eſt humor carnalis la
ſciuie q reſiſtūt dyabolo ⁊ mētes ſuas ſer
uāt in temptatōibus dñi caſtas. ⁊ in iſtis
ſm Rabanum non pōt dyabolus inuenire
regē. ¶ Qᵐ ad 3ᵐ dic. tc dic reuertari do
mū meam ⁊c. dyabol⁹ ei verſutus videns
q bonos ⁊ iuſtos tēptare non pōt: pp eoꝝ
fortitudinem ⁊ cõſtantiam in tria ſe cogi
tat tu aliqñ temptaſti talem peccatorem
a quo exiſti per pniam ex quo non poteſt
in iſtis fortiorib⁹ pficere reuertaris ad il
lum: alis debilem inueniſti. Si forſitan ip
ſum iteꝝ poſſis decipe vt i pccm̃ labatur.
veniens autem contigit aliqñ q iuēit ho
minem ocioſum ⁊ per pniam pſtinaȝ a vi
cijs mundatum. ⁊ aliqua ſimulata virtu
te ornatum. ſic de ipſo ſecunduȝ Rabanū
Uictoriam ſperat habere. Nam iuxta illō
eccleſiaſtici.33. Multam malitiam docuit
ocioſitas. ⁊ ideo ad ipſam vitandam nos
admonet Hieronymus.d. Semper aliqd
operis boni facito vt dyabolus te occupa
tum inueniat. ¶ Quantum ad quartuȝ di
cit. tunc vadit ⁊ aſſumit ⁊c. per illos qui
dem ſeptem ſpiritus intelligitur vniuer
ſitas vitioꝝ. dicunt āt iſta ſeptē vitia nego

ra dyabolo.q: plus nocent hoĩ q̃z dyabo.
q: omnes dyaboli non poſſunt vnam ani
mam ſine peccato mortali in inferno dam
nari:qđ tamen fac̃ peccatum mortale:quã
tũcunq3 ſit.⁊ ſic pccm̃ nequius dyabolo di
ci poteſt.vnde eccl'aſtici.17.Quid nequi⁹
q̃z q̄ cogitat caro ⁊ ſanguis.q.d.nihil eſt
nequius q̃z peccata procedentia a cogita
tõne hñs quoꝝ originale dr̃ caro ⁊ ſãguis
q: per ſenſualitatem ad peccatum anima
inclinatur.¶ Quãtum ad 5ᵐ dicit: ⁊ fiũt
nouiſſima hoĩs illius peiora prioribus.
Nam ſicut videm⁹ in ĩfirmitate corporali
q̄ recidiuatõ eſt peior p⁹ infirmitate:ſic i
ſpũalibus ex tali recidiuatõe homo aſſue
ſit peccatꝫ ⁊ ꝓnior ſit ad peccãdum. ¶ 2ᵒ
q: in p⁹ tranſgreſſione homo forte pecca
uerat vno pccõ in recidiuatõe ſcđo in mul
tis:q: pccõ q̄ cõmiſit ⁊ pccõ ingratitudis
quo peccat. ¶ Dyabolus autem cum ſep
tem vitijs capitalibus poteſt figurari ꝑ
draconẽ rufum quẽ vidit Iohes Apoc.21.
habentem capita ſeptem ⁊ cornua.10.⁊ in
capitib⁹.7.dyademata: qui cauda ſua tra
hebat tertiam partem ſtellaꝝ celi ⁊ dimi
ſit eas. ¶ Vbi ſciendum q̄ per 1ᵐ rufum
ĩtell'r dyabol⁹ venenoſus ⁊ iracũdus hu
mano generi vt hoies ad peccãdum indu
cat.per.7.autem capita ĩtelligũtur .7. vi
tia capitalia.per.x.cornua.x. tranſgreſſio
nes preceptoꝝ de quibus homies tẽptat.
qui ſignanter dr̃ habere in capitibus dya
demata:q: ſicut dyadema caput ornat:ſic
dyabolus qñ vult temptare hoiem de ali
quo vicio ipm̄ decorat oſtendendo in ipo
aliquam delectatõem vt melius ipm̄ alli
ciat. ¶ Per caudam ſcđo ꝑ q̃z cães aliqñ
hominibus ſolent applaudare : intelligi
ſuggeſtio : que dyabolus blanditur homi
ni vt ſibi conſentiat.ſed tamen ſicut canis
aliqñ blandiẽ ⁊ poſtea mordet . ſic dyabo
lus lz applaudat hoĩ tñ ipm̄ mordet ⁊ in
fine ꝑ pccm̃. ¶ Per ſtellas ãt itll'nẽ hoies
q iſtar ſtellaꝝ dꝫ eẽ puri ⁊ lucidi vt ex ip
ſis inſtar ſtellaꝝ ornetur celeſtis patria:
ſed tñ ſuis ſuggeſtiõibus dyabolus velđ
cauda eos alliciens ꝑcutit ad terram ter
tiam ꝑtem trahit dum dimiſſis celeſtib⁹
in quibus deberent animum hr̃e fixum in
curuantur ad mũdum ſm̄ deſideria car
nis viuere quos poſtea ſecũ trahit in ꝓ
fundum inferni.⁊ vtinam niſi tertiã ꝑtẽ.
¶ Iſta ſcđo ſeptem vitia đ quibus tẽptat
hoies poſſunt per ſeptem funes figurari
quibus Sanſon fuit ligatus. de quib⁹ dr̃
ſnial'r Iudic.16.Qđ Dalida alligauit Sã
ſonem ſeptem crinibus neruiceis adhuc
humectẽtibus nundum perfecte ſiccis.
¶ Vbi ſciendum q̄ per Dalidam qui in
terꝓtatur paupercula intell'r dyabolus q
pauperculus dr̃ :q: caret diuina grã:⁊ vt
dicat illud p̄s.Ego ſum pauper ⁊ dolens.
Per Sanſon autẽ qui interpretaẽ ſol for
tis intelligitur quilibꝫ homo qui inſtar
ſolis dꝫ eſſe in ſe lucidus per claritatem
ſapientie vt alijs illuſtretur per honeſta
tem vite.debꝫ etiam eſſe fortis per firmi
tatem ⁊ conſtantiam vt poſſit dicere cum
p̄s.Fortitudinem meam ad te cuſtodiam
q: đus ſuſceptor meus es.vbi ſibi dicitur
illud p̄mo.R̃e.18.Eſto vir fortis ⁊ preliare
bella dñi.Dalida igiẽ.i.dyabolus ſeptem
funibus ligat Sãſonẽ.i.hoiem qñ fac̃ ipꝫ
cadere in.7.vitijs predictꝫ vñ p̄s.Abſcon
derũt ſupbi laqueũ mihi ⁊ funes extende
rũt in laqueũ iuxta iter ſcãdalum poſue
rũt mihi. ¶ Signanter iſti.7.funes dicũ
tur neruicei ⁊ humectẽtes q ſunt tractabi
les:q: dyabol⁹ volẽs hoiem tẽptare đ ꝓ
dictꝫ vitijs oñdit eis tractabilitatẽ ⁊ molli
tiẽ vt eũ ad pccm̃ facili⁹ inducat.

Quarta pars.

Egtur adhuc eo loquẽte ⁊c. vbi
tangit adherẽtium amoroſum ꝯ
fortiũ.q̄ ꝓbat ꝯſanguineal' ꝯiũ
ctõ.vbi qᵐ ad qõnem tẽptatiue xp̄o ꝓpo
ſitam tria poſſumus conſiderare.ſ.



Occaſionẽ appꝫentem.
Relatõem inclinantem.
Reſponſionem exprimẽtem.
¶ Qᵐ ad p̄mum dicit adhuc eo loquen
te ⁊c.Cũ xp̄s in ſynagoga predicaret po
pulo ⁊ eſſꝫ ibi maxima multitudo. mater
eius ⁊ fratres venientes vt ſibi loqueren
tur.non potuerunt ꝑꝑ multitudinem in
trare ſynagogam:ſed expectabant foris.
ex hoc aũt accepta fuit occaſio initiandi
xp̄o.de matre ⁊ fratribus ſuis ipm̄ q̃ren
tibus.vt exprimerentur modum ꝑꝑ ꝑen
tes dimittere opus predicatõis vel non :
vt ſi dimittat poſſint eum arguere q̄ ni
mis eſſet carnalis ⁊ parentes proponeret
deo.ſi vero non dimittat poſſint eum ar
guere tanq̃z impium ⁊ tranſgreſſorem le
gis cum mandatum ſit a deo.Exo .20. ho
nora patrem tuum ⁊ mr̃em tuam.nota q̄
per fratres xp̄i intelligũtur eius germa
ni.Nam ſcriptura conſanguineos germa
nos ⁊ nepotes conſueuit vocare fratres .
¶ Qᵐ ad 2ᵐ dic̃.dixit ãt ei qdaꝫ ⁊c. vbi
q̄uo pñt cumulare pecũiã ⁊ d̃tractores int̃
ꝯgregatões hoīum ſemꝑ ꝯponũt mala v̄
ba. nõ aduertétes miſeri illud ꝙ dr̃ ꝓuer.
24. Cogitató ſtulti pccm̃ eſt ⁊ abhomina
tio hoīum detractoꝝ. ¶ In iſtis igitur o
aīa peccatrix: ſi q̄ras ſponſum nõ iuéies:
ſed ſi q̄d q̄m ad pccm̃ auaritie repies exa
ctões indebitas. vſuras iniuſtas. rapinas
violentas ⁊ furta. ¶ Q̄m ad peccatum d̃
tractõis reperies falſas adinuentiones
occultorum publicationes bonorum mur
murationes: malorum augmentationes.
in iſtis igitur omnibus non inuéitur xp̄s
¶ 2º ꝯſiderare poſſumus adeptiõem ſal
uificam: cum dr̃ paululum ⁊c. Nã poſtq̄ꝫ
homo tranſiuit carnis delitias ꝑ purita
tem mundi excellentias per humilitatẽ
⁊ mundi diuitias per paupertatem. tunc
Chriſtum ſponſum reperit vt poſſit ſic cõ
ſolatorie ſibi dici illud eccl'ci. ij. Poſt mul
ta tempora inuéies illum. ¶ Tertio con
ſiderare poſſumus poſſeſſioné ꝯtinuam.

cum dr̃. tenui euꝫ nec dimittá. Nã poſtq̄ꝫ
hõ dimiſſis vitijs ad ſtatum gr̃e venit. in
q̄ xp̄m ſponſum ſuum iuenit: dꝫ ipſum te
nere firmiter. ꝙ quidem fac̃ q̄ñ ꝑſeuerat i
bõis opibꝰ nec reuertitur ad peccata. vñ
ſibi dr̃ Apoc̃. 3. tene ꝙ habes. dicat igitur
illud Iob. non dimittá te neq̄ꝫ derelinquã
¶ 3º alij querunt xp̄ꝫ debito modo. ⁊ iſti
inueniunt. ⁊ qualiter reperitur audi Ber.
ſermone. 24. Si nolumꝰ non fruſtra que
rere dñm. queramꝰ veraciter. queramꝰ fre
quenter. queramꝰ ꝑſeueranter. vt nec que
ramꝰ ꝓ illo aliquid. ſed ab illo aliq̄d con
uertantur. facilꝰ eſt enim celũ ⁊ terrá trá
ſire. q̄ꝫ vt ſic querens nõ iueniat: ſic petés
nõ accipiat. ⁊ ſic pulſanti non apiatur. vt
igitur dñm ſolicite q̄ramꝰ dr̃ Iſ. 55. Que
rite dñm dum inueniri põt. inuocate eum
dum ꝓpe eſt. ¶ Q̄m ad conſortij ꝓuatõeꝫ
dic̃. q̄ ego vado ⁊c. vbi tria poſſumꝰ ꝯſi. ſ.
Xp̄i ꝓpoſitõem ſepantem.
Collegij heſitatõem ꝑturbantem
Dicti declaratõem euidétem.
¶ Quantũ ad pm̃ dic̃. quo ego vado vos
non poteſtis venire. Nã ꝑ iſtã potétiam
q̄ꝫ xp̄s dixit iudeis incredul' dat̃ nob̃ itel
ligi ꝑpetua ſepató q̄ ſepabuntur a xp̄o. ⁊
hoc eſt ꝙ dic̃ Io. q̄ritis me ⁊ non inuéietis
vbi ſum ego vos non poteſtis venire.
¶ Quantum ad collegij heſitationem ꝑ
turbantem dicit. Dicebant ergo iudei
⁊c. Iudei enim ſm Augu. tanq̄ꝫ carnales
non intelligentes ſpiritualiter ꝙ dictum
erat a Chriſto inter ſe queſierunt. ſi xp̄s
ſeipſum vellet interficere. quia dixerat ꝙ
ipſi non poterant ire quo ipſe ibat. q̄ꝫuis
fatua eſſet iſta cogitatio. cum ⁊ ipſi eſſent
morituri. ex quo datur intelligi ꝙ ipſe lo
quebatur de regno celorum ad quod erat
iturus poſt mortem. ¶ Quantum ad di
cti declarationem euidentem dicit. ⁊ dice
bat eis. vos deorſum ⁊c. xp̄s quidem de
clarando dictum ſuum intendit talem ra
tionem res habentes ꝯrias ꝓprietates ñ

pñt ire ad eundem locũ.ſicut pꝫ de graui
bus ⁊ leuibus : ſed ego ⁊ vos hémus ꝯri
as ꝓprietates.ergo ꝓbo maiorem:q vos
ꝑ peccata vr̃a grauati eſtis deorſum.⁊ de
hoc mundo.ego autem ſum de ſuperius ⁊
non ꝺ hoc mundo : q: mundane ſicut vos
non viuo.¶ Qm ad 3m dicit. Dixi ergo
vobis ⁊c.vbi duo poſſumꝰ ꝯſiderare.ſ.
Cominatóem aggrauátem.
Rónem ſufficientem.
¶ Qm ad pm dicit.dixi ergo ⁊c.Ná xp̃s
ſm Aug.non comina iudeis ꝙ peccatuꝫ
hérent:q: iſtud eſt cóe omnibus. vñ p̃s.
Qm̃ ego in iniquitatibus conceptꝰ ſum.
⁊ in peccatꝫ concepit me mater mea: ſꝫ q:
morituri erant in peccatꝫ coꝝ.¶ Qm ad
róné ſufficiétem dicit .ſi enim non credi
deritis ⁊c. Nam illud ꝙ xp̃s dixerat iu
deis.ſ.moriemini in peccatis veſtris.hoc
euidenter ꝓbat.d.ſi enim non credideritꝫ
q: ego ſum:moriemini in pccó veſtro . ex
quo pót ró talis formari ,qui caret vita
aptum natum hr̃e vitam eſt mortuꝰ ſicut
pꝫ de carente anima.ſed vos caretis vita
gratie.ergo eſtis morituri. qꝺ autem ca
retis vita gr̃e pꝫ:q: vita aie é fides cũ ca
ritate.iuxta illꝺ Abacuch.2.Ecce q incre
dulꝰ eſt non erit recta aia eiꝰ in ſemetipo
iuſtꝰát in fide ſua viuit.ſed vos caretꝫ fiꝺ
q: ñ credidiſtis.q: ego ſim ille qꝓmiſſus
ſuꝫ in lege vétꝰ nec credidiſtis me deũ
eſſe nec creditis mee doctrine .igitur ca
retis vita aie.⁊ per ꝯñs eritꝫ morituri : ⁊
q: i ĩfidelitate vr̃a pſeuerabitꝫ moriemini
in pccó.Ná iuxta illꝺ xp̃i Mar. Qui ñ
crediderit ꝯdénabi.

Secũda pars.

Egtur.Dicebát ergo ei tu quis
es ⁊c.vbi tangit ſblimitateꝫ di
uie ꝯditóis.ꝙ ꝓbat eternalr̃ pro
ceſſio.q: oés hoies ná ſcire ꝺſiderát ꝑ me
thaphi.hic é ꝙ cñ aliqs videt vel audit
aliq̃ magna ꝺ aliq̃:ignorás vñ ꝓcedit.ꝺ ip
ſis certificari ꝺſiderat vt eiꝰ aimꝰ qetet.

¶ Quia igi xp̃s poteſtatiue iudeos re
ꝑhendit q: nó credebát iip̃ꝫ : nó dic exp̃ſ
ſe qs ip̃m interrogát qs ſit vt clariꝰ ip̃ꝫ
cognoſcát:qbꝰ xp̃s quis ſit rñdet. ſꝫ hoc
igi hic duo poſſumꝰ ꝯſiderare .ſ.
Iudeoꝝ anxiam interrogatióem.
Xp̃i lucidam rñſionem.
¶ Qm ad pm dicit,dicebant ergo tu qs
es.Nam qñ aliquis de ſeipſo pſumés re
prehenditur aliquo queꝫ ignorat multoc.
indignatur. ⁊ ideo q̃runt ab ip̃o cur iſta
faciat.⁊ quis ſit ip̃e.q: igitur xp̃s iudeos
acriter reprehendit ,d.ꝙ morientur i pec
cato ſuo indignati ꝙ eos reprehenderat
ſm Augu.Dixerant ei tu qs es.¶ Qm
ad 2m dicit.Dixit eis yh̃s pnm ⁊c.Xp̃s ei
interrogatus a iudeis quis eſſꝫ. cum ďus
verꝰ ⁊ hó eſſꝫ ꝛndit eis aliqua ꝑ deuꝫ ⁊
hoiem ſe demonſtrauit . Nam.d. ſe prin
cipium oñdit ſe fore deum,d. át ſe loqui
ſe verum hoiem indicauit.¶ Sciédum é
át ꝙ principiũ duobꝰ modis accipi . vno
modo pſonalr̃.eo modo ꝙ dicimꝰ eſt pn
cipium totiꝰ deitatꝫ.⁊ iſto modo non dicit
filiꝰ ſe fore pncipiũ cum habeat natiuitatꝫ
ſue pncipium pr̃em.Alio modo pncipiuꝫ
accipitur eſſentialr̃.Et iſto modo filius ſe
dic pncipium.⁊ de iſto pncipio poſſumus
exponere illud colľ.1. Oia per ip̃m ⁊ in
ip̃o creata ſunt.⁊ ip̃e añ omnes ⁊ oia i ip
ſo conſtant.⁊ ip̃e cap̃ corporis ecclē qm̃ é
pncipiũ pmogéitus ex mortuis. vt ſic in
oibus ip̃e pncipatũ tenés.q: in ip̃o cópla
cuit oéꝫ pléitudiné habita.⁊ ꝑ eũ recóci
liare oia ſiue q̃ i terris ſunt.vbi inter alia
q̃ttuor poſſumꝰ ꝯſiderare .ſ.
Primitaté in eſſendo .
Auctoritaté i pſidédo.
Formalitaté in influendo .
Pietaté in cócordando.
Po pmitaté i eſſendo:cũ dr̃ ꝙ ip̃e é ante
oés.Ná ip̃e tá oium creaturaꝝ pnm exñs
añ oia hꝫ duratóeꝫ eterná.vt ſic dſe potue
rũ illꝺ Iſ.43.Añ me nó é formatꝰ ꝺuo ⁊



poſt me non erit : ego ſum dñs ⁊ non eſt
abſqꝫ me ſaluator.¶ 2o ꝯſidera poſſumꝰ
auctoritaté i preſidendo:cum dic.⁊ ip̃e ca
put corporis ecclē.oés qdé fideles cũ xp̃o
faciũt vnũ corpus.cuiꝰ caput é xp̃s : ⁊ q
libꝫ fidelis eſt mébrũ huiꝰ corporis.iuxta
ꝙ ꝺ ip̃o loquens aplſ dic Eph.1. Ipſuꝫ.ſ.
xp̃m dedit.ſ.deꝰcaput ſuꝑ oém ecclãm q̃
eſt corpꝰ ipſiꝰ.¶ 3o ꝯſiderare poſſumꝰ fó
malitaté in influendo:cuꝫ dr̃ ꝙ in ip̃o com
placuit oéꝫ pléitudiné gr̃e. ⁊ q: ip̃e caput
ecclē.⁊ ꝺ natura capitꝫ é influere in cetera
mébra.ió xp̃s vt cap̃ ſuoꝝ fidelium i ip̃os
vt in ipſiꝰ mébra ſp̃ualia gr̃a iſluit habũ
dáter:iuxta illud Io.p̃ .Vidimꝰ gl̃iaꝫ eiꝰ
gl̃iam q̃ſi vnigéiti a pr̃e plenũ gr̃e ⁊ ꝟi
tatis.⁊ infra . ꝺ cuiꝰ plenitudine nos oés
accepimꝰ gr̃am pro gr̃a . ¶ 4o ꝯſiderare
poſſumꝰ pietaté in ꝯcordando cum dr̃ pa
cificás oia ꝑ ſanguinem ⁊c. ante aduétum
qdem xp̃i in mundũ magna guerra erat
ꝑꝑ pccm̃ pmoꝝ parentum inter deuꝫ ⁊ hu
manum genus.ſed xp̃s per ſuum ptioſuꝫ
ſanguinem pacem inter eos ꝓcurauit . iu
xta illud Eph.2.Nũc aũt in xp̃o yh̃u vos
q eratis aliqñ longe:fci eſtis prope i ſan
guine xp̃i.ip̃e eniꝫ eſt pax nr̃a q fec vtra
qꝫ vnum.

Tertia pars.

Egtur multa héo ꝺ vob̃ loq ⁊c.
vbi tangit ſeueritatem future
diſcuſſionis.ꝙ ꝓbat finalis exa
minató.Ille enim qui dꝫ alium iudicare :
dꝫ eé iuſtꝰ ⁊ verax vt ſuũ iuditiũ ꝑꝑ ali
qué nó ꝑuertat:iuxta ꝙ dr̃ Exo.23. Nó ſe
queris turbá ad faciédũ malũ : nec i iudi
ciũ plĩmoꝝ acqeſces ſnie vt a ꝟo ꝺuies .
xp̃ſ igi q ꝟax é cũ rectitudie iudicabit.iu
xta illꝺ p̃s.Iuſtꝰ es dñe ⁊ rectũ iudiciuꝫ.
ſm h igi h tria poſſumꝰ ꝯſiderare. ſ.
Diſcutientꝫ exaiatóem.
Sentétiantꝫ rectificatóem .
Iudeoꝝ excecatóem .
¶ Qm ad pm dicit.multa héo de vobis

⁊c.q: eim xp̃s venit in mũdũ vt ſaluator
hũani generis:nó aũt vt iudex: iuxta illꝺ
Io.3.Nó enim miſit ďus filiũ ſuum i mũ
dum vt iudicet mũdũ ſꝫ vt ſalue mundꝰ
ꝑ ip̃m.In fine ꝟo mundi vt iudex veniet
⁊ diſtincte diſcutiés merita ⁊ ꝺmerita ſin
gulorum,hinc eſt ꝙ iudeis nó dixit mul
ta de vobis iudico in pñs:ſꝫ héo iudicare
in futuꝝ.¶ Qm ad 2m dicit:ſed q me mi
ſit ⁊c.tunc qdem ſnia alicuiꝰ dꝫ ratificari
qñ eſt ꝓlata veraciter ⁊ nullam ꝯtinet fal
ſitaté:vt ergo xp̃s oñdat ſuam ſniam eſſe
ratam ⁊ firmam oñdit ꝙ in ſua ſnia nulla
falſitas pót eſſe.Nam cum ip̃e nó loqua
niſi ꝙ audiuit a pr̃e:⁊ ſuum loq ⁊ audire
ſunt idem ꝙ a patre procedere ſm Alcuı
um . ⁊ ipſe procedit a patre qui eſt veri
tas per eſſentiam non poteſt cadere falſi
tas.ꝯſequens é ꝙ ſnia data per Chriſtuꝫ
ſit totaliter vera.⁊ ſic poſſumus dicere il
lud Io.17.ſermo tuꝰ veritas eſt.¶ Qm
ad 3m dic.⁊ non cognouerunt q: patrem
eis dicebat deum. Chriſtus enim mentio
nem faciens de illo qui miſit eum.d.q me
miſit verax eſt.dabat intelligere patrem
qui miſit eum in mundum : ſed iudei ve
lud ceci hoc non intellexerunt . Nam iu
xta illud Sap̃.2.Excecauit auteꝫ illos ma
litia eorum.¶ Sciendum eſt autem hic
vbi ſit mentio de Chriſto mundum iudi
caturo.ꝙ in extremo habebit mlta ꝺ pec
catoribꝰ iudicare.ſ.
Cogitatóes cordium.
Locutóes orum.
Malignitates operum .
¶ Primo cogitationes cordium : iuxta
illud p̃s.Ip̃e ſcrutans corda ⁊ renes de
us.non erit enim aliqua cogitatio q̃ꝫ ha
buerit homo contra volũtatem diuinam
quá ip̃e non iudicat ⁊ clare intueatur.⁊ iu
ſto iudicio iudicet . Quid igitur pecca
tor miſerrime reſpondere vel dicere po
tueris dño:cum tuum cor intuebitur in q̃
nó inuéiet ſuam ymaginem.i. gr̃am : nec

ſupſcriptiōem ſuam.i.bonas cogitatiōes
ꝛ virtutes inſertas ꝛ interrogabit.cuius
eſt ymago hꝛ ſupſcriptō Mat.22.Re ue
ra nō reſtabit aliqua rñſio niſi que ſequit
ibi.ſ.ꝙ te a veritate coactū oportebit re
ſpondere.ꝙ h ymago.i.aīa tua ē ceſaris
i.dyaboli cuiꝰ es ſecutus in inſtinctu . qꝛ
reſponſione vellis nollis ſic facta qd alīd
reſtabit miſer peccator.niſi vt cōtra te ꝓ
feratur ſententia q̄ dñs dedit ibidem.ſ.
reddite ergo q̄ ſunt ceſaris ceſari.i.te pec
catorem q fuiſti dyaboli dyabolo ꝑpetuo
cruciādū.ꝛ qr̄ qꝛ Eccli.3.Cor neq̄ graua
bit doloribꝰ vbi ſbdit cor durū male hēbit
i nouiſſimo.cor igitur tuū o peccator ipe
nitens.ꝙ fuit neq̄ ꝑ malas cogitationes
ꝛ durum ꝑ obſtinatiōem in nouiſſimo.i.
in die iudicij malū habebit.qꝛ penis eter
nis cruciabit. ¶ Secundo iudicabit locu
tiones eoꝝ.Nam nihil erit locutum ꝯtra
volūtatem diuinā de qua nō oporteat ho
mines reddere ratiōē.ꝛ h eſt ꝙ ipe dicit
Mat.12.Dico āt vob ꝙ de oī verbo ocio
ſo ꝙ locuti fuerint hoies reddent ratiōē
in die iudicij ex verb tuis iuſtificaberis ꝛ
ex verb tuis condēnaberis. ¶ Cōſidera
igit o miſer pccōr qualē ratiōem reddere
poteris.de piurijs .de detractōibus ꝛ dif
famatiōibus.cū tibi dicat ps.Tota die i
iuſticiā cogitauit lingua tua ſic nouacula
acuta feciſti dolū dilexiſti malitiā ſup be
nignitatem iniqtatē magis q̄ loq equi
tatē dilexiſti oīa verba ꝑcipitationis lin
gua doloſa re vera iſtis ſic tibi obiectis ma
le poteris reſpōdere.ꝛ iō cōtra te ꝓferet
illa ſnīa q̄ ibidē ſeqt.ꝓpterea ds deſtruet
te in finem euellet te .ꝛ emigrabit te d ta
bernaculo tuo.ꝛ radicē tuā de terra viuē
tiū. ¶ 3° iudicabit malignitates opeꝝ.d.
cuiꝫ illud Luc.16.Redde ratiōem vilica
tiōis tue.q̄ ratōē reddere poteris o mi
ſer peccator qñ angelus q datꝰ erat ad iu
ſticiā loquet ꝯtra te teſtimoniū.d.xp̄o iu
dici illd Jo.7.Ego teſtimom ꝑhibeo de il
lo qꝛ opa eius mala ſunt q̄ audito o miſer
pccōr cōtra te iudex dabit ſniam.d.illud
Mat.22.Ligatis māibꝰ eius ꝛ pedibus
mittite eū i tenebras exteriores ibi erit
fletus ꝛ ſtridor dentiū. ¶ Iſte iudex fuit
figuratus Apoc.19.vbi dr̄ vidi celū aper
tū.ꝛ ecce equꝰ albus ꝛ q ſedebat ſup eum
vocabat fidelis ꝛ verax.ꝛ i iuſtia iudicat
ꝛ pugnat occuli āt eiꝰ ſic flāma ignis ꝛ in
capite eius dyademata multa hñs nomē
nouū ſcriptū ꝙ nemo nouit niſi ipſe.ꝛ ve
ſtitus ē veſte aſpſa ſangūie.ꝛ vocabat no
men eius verbū dei.ꝛ exercitus q ſunt in
celo ſequebant in eqs albis veſtimēti byſ
ſum albū ꝛ mundum.ꝛ ex ore eius ꝓcedit
gladius acutus vt in ipo ꝑcuteret gētes
ꝛ hꝫ in veſtimentū ꝛ in femore ſuo ſcriptū
rex regnū ꝛ dñs dominantiū vbi.5.poſſu
mus cōſiderare.ſ.

Situatōē puriſſimā.

Nominatiōē mirificā.

Glorioſum ornatum.

Generoſum principatū.

Gratioſum comitatū.

¶ Primo ſituatōē puriſſimā cum dr̄ ꝙ
ſedebat ſup equū albū.Nam ꝑ equū albū
intelli pōt vno modo.illa nubes candida
ſup q̄ xp̄s ad iudicādum ſedebit alio mō
per equū albū itelligi pt xp̄i hūanitas to
ta mūda ꝛ puriſſima in q̄ deitas dici pōt
ſedere. ¶ 2° ꝯſiderare poſſumꝰ noīatōem
mirificā cum dr̄ ꝙ vno mō vocabat fidel
ꝛ verax ꝛ alio noīe verbū dei.ꝛ ꝙ hēbat
nomē ꝙ nemo nouit niſi ipe. ¶ Ubi ſcien
dū.ꝙ in xp̄o ē duplex natura:diuia.ſ.ꝛ hu
mana ſcdm naturā diuinā vocabat verbū
dei ſm aūt humanā vocabat fidelis ꝛ ve
rax totꝰ aūt ſm ꝙ xp̄s cōplectit naturā
diuinā ꝛ humanā dr̄ hr̄e nomē ꝙ nēo ſcit
niſi ipe vel qꝛ ꝑ naturā nō eſt nobis inue
ſtigabil tā mirabil vnio vl qꝛ ab infideli
bus xp̄s nō cognoſcit.ſꝫ tm̄ ab ipſiꝰ fidē
hñtibus q dicunt vnū cū ipo vt ſic potue
rit ſibi dici ds pr̄ illud.ps.Feci tibi nom



grāde iuxta nomen magnorū qui ſunt in
terra. ¶ Tertio ꝯſiderare poſſumꝰ orna
tum glorioſum q fuit multiplex pmo dr̄ ꝙ
oculi eius ſunt ſicut flāma ignis ꝑ quos
intellr eius clara ꝛ infallibilis cognitio.ꝑ
q̄ ſcit omnia generalr tam bona q̄ mala
vñ Eccli.23.Oia videt ocls eiꝰ. ¶ Scdo
dr̄ ꝙ habebat in capite dyademata mlta
ꝑ que intelligunt diuerſa pmia.que ſcdm
diuerſi meritorū iuſti retribuet vt ſic poſ
ſumus dr̄e de quolꝫ illud Cor. x. Poſui
ſti domine ſup cap eius coronā de lapide
pcioſo. ¶ Tertio dr̄ ꝙ erat veſtitꝰ veſte
aſpſa ſanguine.ꝑ q̄ intellr corpꝰ xp̄i yhu
pro nob vulneratus in cruce.ꝙ fuit ſuo ꝓ
prio ſanguine rubricatꝰ. ¶ Quarto dr̄ ꝙ
ex ore eius ꝓcedebat gladius acutus . ꝑ
quē intellr ſeuera ſnīa de qua ꝑcutiet pec
catores.ꝛ iō dr̄ ꝙ in ipo ꝑcutiebat gētes
i.gentiliter ꝛ ſine lege viuētes. ¶ Quar
to poſſumꝰ cōſiderare generoſum pncipa
tū cum dr̄ ꝙ habebat in veſtimēto ꝛc.Nā
ꝑ veſtimentū corpus coopiens intellr eiꝰ
hūanitas xp̄i nob deitatē occultans.qꝛ in
xp̄o ſolm videbat hūanitas ſub q̄ latebat
deitas ꝑ femur vero corpꝰ ſubſtētans hu
manitatem xp̄s igit in veſtimēto.i.in hu
manitate habebat ſcriptū rex regum . qꝛ
de ſtirpe regia.i.dauitica fuit natus in fe
more etiā in deitate ſcriptū hēbat regū
ꝛ dominꝰ dominantiū quia ſm naturā di
uinam ipſe ds magnus ꝛ rex magnꝰ:ma
gnus ſup omnes deos. ¶ Quinto poſſu
mus ꝯſiderare gratioſum cōitatum.cū di
citur ꝙ exercitus ſequebat eum in albis.
Nam ꝑ iſtū exercitū albatorū ſequentiū
xp̄m intelligit multitudo iuſtoꝝ qui poſt
finale iudim ibunt in padiſum cū xp̄o.de
quo admiratiue querit Apoc.7.Hij qui
amicti ſunt ſtoll albis.q ſunt ꝛ vnde vene
runt cui queſtioni reſpondet ibidem cum
ſubdit hij ſunt qui venerūt de tribulatiōe
magna ꝛ lauerūt ſtollas ſuas ꝛ dealbaue
runt eas i ſanguine agni.

Quarta pars.

Equit.Dixit ergo eis yhus ꝛc.

s Cū exaltatꝰ fuero.vbi tangit vi
tatē dñice paſſionis ꝙ ꝓbat pe
nalis crucifixio vbi tria poſſumꝰ ꝯſide.ſ.

Mortalitatē hūanitatis aſſumpte.

Sublimitatē deitatis excelſe.

Utilitatem pluralitatis cōuerſe.

¶ Quantū ad primū dic.Dixit ergo eis
yhs ꝛc.Nā tunc exaltari dici potuit xp̄s
qñ pro nob fuit ellenatus in cruce vñ Au
gu.exaltatꝰ eſt qñ pēdebat in ligno.Iſta
aūt exaltatō xp̄i fuit cauſa nr̄e ſaluatōis.
Nam xp̄s ꝑ paſſionē nos redimēs de in
fimis vbi eramꝰ ꝓpter pccm̄ proſtrati tra
xit nos ad ſupna.qñ nos ſibi per fidem ꝛ
grām copulat.iuxta ꝙ ipſe pdixerat Jo.
12.Ego ſi exaltatus fuero oia trahā ad me
ipum ꝛ h eſt ꝙ ſignificatiue loquēs dixit
Jo.3.Sic Moy.exaltauit ſerpētem in d
ſerto ita exaltari oꝫ filium hoīs.vt omnis
qui credit in ipo non ꝑeat ſed hēat vitā
eternā.de h autem ſerpēte dicitur ſnialr
Numeri.21.ꝙ qñ Moy.ducebat pplꝫ do
mini per deſertū vt irēt in terrā ꝓmiſſio
nis murmurauert ex itineris longitudine
cōtra dñm.q̄ obrem miſit dñs ignitos ſer
pentes in pplo ipſos mordētes aculeis ꝛ
grauiter affligētes q venientes ad Moy.
dixit erūt peccauimus.qꝛ locuti ſumus ꝯ
tra dñm ꝛ te:ora vt tollat a nob ſerpētes
orauit igitur Moy.pro pplo cui dñs di
xit fac ſerpentem eneum ꝛ pone eū pro ſi
gno ſup colūnam ligneā.quem aſpiciētes
ꝑcuſſi ab ignitiſq̄ ſerpentibus ſanabant.
¶ Ubi ſciēdum ꝙ ꝑ pplm domini intelli
gitur totum genus humanū.qui dei po
pulus dici poteſt.iuxta illud ps.Ipſe eſt
dominꝰ deus noſter nos autem populus
eius ꝛ oues paſcue eius per deſertum igi
tur itelligitur iſte mūdus.quia inſtar de
ſerti ab hominibꝰ per mortem deſeritur
per terrā vero ꝓmiſſionis intellr celeſtis
patria d q̄ ps.Portio mea dñe ſit i terra

viuentiũ.homines igitur in ħ mũdo pere
grinantes vt vadant ad terram ꝓmiſſio
nis.i.ad patriam celeſtem murmurare di
cuntur dum nõ cognoſcẽtes diuina bene
ficia ſibi regratiari pigreſcũt quos deus
videns ſic pigros dr̃ ſibi mittere ſerpen
tes ignitos quãdo ꝑmittit ꝙ demones ſ
pentes venenati eos tẽptant iſti ſerpẽtes
i.demones habẽt aculeos ⁊ vene[m] cõiun
ctum cũ aculeo eſt ꝯſenſus cõiunctus ſug
geſtioni ex quo deliberate cõſenſu quãdo
homo ꝺ̃ aliquo peccato mortali ꝯſentit in
ſtar veneni inficiẽtis corpus inficit̃ ꝑpec
catum ⁊ ſicut venenati ab ill' ſerpentibus
grauiter affligebant̃ in corpe ſic mlt̃o ma
gis venenati ꝑ peccatum in aĩa tãto pl's
deberẽt affligi.q̃ꝫ aĩa nobilior eſt q̃ꝫ cor
pore ſic aũt afflicti peccatores debent ad
deuꝫ recurrere ſperãtes in eius mĩa ⁊ cul
pam ſue igratitudinis cognoſcẽtes ⁊ dĩe
peccauimus.q: locuti ſumus cõtra dñm
non regratiãdo ſibi ꝺ̃ beneficijs ſuis.⁊ vt
melius exaudiat̃ a domino debent haberẽ
recurſuꝫ ad Moy.i.ad aliquẽ mediatoreꝫ
bo[m].⁊ deo acceptũ vt pro ipſo debeat ora
re cui orãti reſpondet̃ a domino qualiter
poſſit curari.cuius infirmitatis medicina
eſt ſerpẽs ene[9] poſitus ſuꝑ lignũ. ¶ Nã
per ſerpentem eneũ poſitum ſuꝑ lig[m] in
telligitur xp̃s yhus pro nob̃ elleuatus in
cruce.Nam ſerpẽs eneus habꝫ formã ſer
pentis.ſed nõ habet vene[m] ſerpẽtem au
tem de ſua natura videt̃ ſignare pruden
tiam.iuxta ꝙ dixit xp̃s diſcipulis Mat.
10.Eſtote prudẽtes ſicut ſerpentes.prudẽ
tia vero ⁊ aſtu[a] ſerpentis quãtum ad pre
ſens ſpectat cognoſcit̃ i duob[9].¶ Primo
dum audit vocem incantatoris vnam au
rem ponit in terrã.⁊ aliam claudit cauda
ne poſſit vocem incãtantis audire.cuius
exemplo dum homo audire incipit incan
tantis.i.ſentire tẽptationes dyaboli vnaꝫ
aurem debet ad terram ponere ⁊ ſic eam
claudere cõſiderando propriaꝫ vilitatem
quia de terra eſt in terram debet reuerti.
Aliam vero debet cum cauda claudere ꝯ
ſiderando ꝙ in ħ mundo finem habet vi
uendi per finis datur intelligi ꝑ caudam
que eſt vltima pars animalis ⁊ ſic non ꝯ
ſentire dyaboli ſuggeſtiõibus.¶ Secun
do cognoſcit̃ ſerpentꝭ prudentia.quia quã
do ſentit grauatum pelle vetuſta molliſi
cat ipſa per aq̃ꝫ.moliſicata intrat ꝑ artũ fo
ramen aliquod lapidis ⁊ ſic pelle vetuſta
dimiſſa eggredit̃ cum alia renouata ⁊ ſic
efficitur abilior ad reptãduꝫ.¶ Cui[9] exẽ
plo peccator habens vetuſtam viciorum
ipſum grauãtium debet ſe molificare per
aq̃ꝫ lachrimaꝝ ſua ꝺ̃plorãdo peccata.⁊ ſic
foramen anguſtũ auſteritatꝭ intrare peni
tentie.⁊ ibi vetuſtã pelleꝫ.i.peccata dimit
tere per integrã confeſſionẽ.⁊ ſic accepta
noua pelle gr̃e efficit̃ habil' ad exercẽdũ
ſe in operibus virtuoſis.¶ Vene[m] autẽ
ſignat peccatũ quia igitur ꝑ ſerpentem ſi
gnatur prudentia.per venenũ autem pec
catum ſerpens eneus qui eſt ſine veneno
ſignat prudentiã xp̃i qui fuit ſine peccõ q:
igitur ſcðm Apo[m].i.Cor.i.xp̃s ẽ dei vir
tus ⁊ ſapi[a] qui iuxta illꝺ̃.i.Petri.2.Pec
catum nõ fec̃ nec inuentus ẽ dolus in ore
eius ꝑ ſerpentem eneum cõuenienter ꝑt
deſignari. ¶ Hic autem ſerpens eneus
i.yħs tunc in deſerto fuit ſuꝑ palum in ſi
gnum poſitus qñ in iſto mundo fuit elle
uatus in cruce ſicut igit̃ tunc a morſi erãt
a uenenatis ſerpẽtibus.aſpiciẽtes ſerpen
tem ene[m] ſuꝑ palum poſitũ curabant̃ ſic
⁊ nunc quicũqꝫ propter peccatũ ſe venena
tuꝫ ſenſerit.ſi xp̃m elleuatũ in cruce reſpe
xerit paſſionẽ eius meditãdo in corde re
cipiet ſanitatem quis enim peccator tam
miſer ⁊ plenus ſceleribus cogitans pre
tium redẽptionis ſue ꝙ quidem fuit pre
cioſum ſanguinem xp̃i yħu non conuerta
tur ꝺ̃ via ſua mala ⁊ reuertat̃ ad dominũ
vt ſui miſereat̃.⁊ animã ſuam ſeruet mun
dam.re vera nullus niſi ſit inſipiens.



¶ Quantũ ad ſecundũ dicit tũc cognoſce
tis quia ego ⁊c.Nam quia yħs non ſoluꝫ
erat homo ſed ꝺ̃s.⁊ eſſentialr̃ idem cũ pa
tre ideo eius ſublimitas eſt excellẽtie ma
gne vñ quantũ ad eius ſublimitatem 5[e]
poſſumus ꝯſiderare.ſ.

Sublimitatem in eſſendo.
Veritatem in docendo.
Natiuitatem ĩ ꝓcedendo.
Societatem in adherẽdo.
Cõfortantem in volendo.

¶ Quantũ ad primũ dic̃ tunc cognoſcetꝭ
q: ego ſum entitas xp̃i nõ fuit entitas pti
cipata ſed ꝑ eſſentiã iuxta ꝙ dixit Moy.
exo.2.Sic dices filijs Iſrl̃.qui ẽ miſit me
ad vos.¶ Quantũ ad veritatẽ in docen
do dic̃ ſicut docuit me pr̃ ħ loquor.Nam
q: fili[9] ꝙ docuit hꝫ a patre ⁊c.pr̃ cum ſit
veritas non poſſit niſi vera dr̃e ideo xp̃i
doctrina vera fuit.¶ Quantũ ad natiui
tatem in ꝓcedendo dic̃.a me ipõ facio ni
hil in diuinis enim pr̃ ſolus ẽ a ſe ipſo.q:
eſt prin[m] nõ de prin[o].⁊ ideo dicitur toti[9]
prin[m] vnde Aug.A me ipſo nõ ſum.fili[9]
enim eſt de patre ꝺ̃s.¶ Quantũ ad ſocie
tatem in adherẽdo dicit ⁊ q me miſit me
cum eſt ⁊ nõ relinqt me ſo[m] propter veri
tatem qdem eſſentie pr̃is cum filio ſemꝑ
pr̃ eſt cũ ipſo ⁊ ipſe cũ patre.iuxta illꝺ̃ ꝙ
Io.d.10.4.Si iudico ego iudi[m] meũ veꝝ
eſt q: ſolus nõ ſuꝫ ſꝫ ego ⁊ q miſit me pr̃.
¶ Quantũ ad ꝯformitateꝫ in volendo di
cit.q: ego que placita ſunt ei facio ſemꝑ.⁊
ħ eſt ꝙ dic̃ Io.8.Meus cibus ẽ vt faciaꝫ
volũtatem eius q miſit me vt ꝑficiaꝫ op[9]
eius. ¶ Quantuꝫ ad tertium dicit ħ illo
loquente multi crediderunt in eum ma
gna quidem vtilitas fuit audientibus ꝑ
dicationem xp̃i ad viam veritatis cõuer
ti.Nam ſicut ipſemet ſaluator dicit Io.3.
Pater diligit filiuꝫ ⁊ omnia dedit in ma
nu eius.qui credit in filium habet vitam
eternam.Ad q̃ꝫ ⁊c.

¶ Feria tertia dñice ſcðe in.xlª.

t

Unc locutus ẽ yħs ad tur
bas ⁊ ad diſcipl'os.d.ſuper
cathedrã Moy.ſederunt
ſcribe ⁊ phiꝛy oĩa ergo que
cũqꝫ dixerint vob̃ ſeruate
⁊ facite ⁊c.Mat.23.Ratio
naturalis nos docet officiũ eſſe boni agri
cole tẽporalis bonas herbas ⁊ plãtas in
orto ſuo ſemiare plãtare ⁊ fouer̃ ⁊ malas
aũt euellere ⁊ extirpar̃.ſic ſuo mõ officiũ
ſpũalis agricole.ſ.doctoris ⁊ ſpũalis pa
ſtoris ẽ in grege ſibi ſubdito vel cõmiſſo
virtutes inſerere ⁊ vitia extirpar̃.¶ Cũ
igitur xp̃s eſt ſpũalis agricola cuius ort[9]
aĩa noſtra inſtar bonoruꝫ operum vel ſe
minũ nititur ſeminare virtutes ⁊ gr̃am.
⁊ inſtar malorũ vitia extirpare.⁊ alĩ per
ſe ipſum nos edocens alĩ per ſuos predi
catores miniſtros licet aũt ipſe cum nos
docet verbo doceat ⁊ exẽplo.tamen cum
docemur per miniſteriũ hominũ alĩ ver
bo docemur licet non exẽplari cõuerſatio
ne vel vita multi multa dicunt̃ ⁊ faciunt
valde pauca in quibus vitam malam non
debemus reſpicere ſed doctrinam.⁊ ideo
yħs in preſenti euãgelio inſtruit ꝙ q̃ꝫuis
predicator vel paſtor ſit malus ſi tamen
bonum loquit̃ verba ſequi debemus non
vitam in quo.5.tãgit.ſ.

Defectum bone exercitationis per negli
gentiam.
Exceſſum debite correctiõis per inmiaꝫ.
Aſpectũ vane intentiõis ꝑ inanẽ gl'aꝫ.
Affectũ ellate ambitiõis ꝑ ſuꝑbiam.
Profectum virtuoſe cõdictionis per obe
dientiam.

¶ Primum probat carentia operis.Se
cundum penitentia iportabil̃.Tertiuꝫ ap
parentia faminis.Quartũ excellẽtia cul
minis.5[m] exiſtẽtia humil̃.p[m] in prin[o].2[m]
ibi alligãt eniꝫ onera ⁊c.3[m] ibi oĩa vero
opera ſua ⁊c.Quartũ ibi amant enim pri
mos acubitus ⁊c.Quintũ ibi vos eniꝫ no
lite vocari rabi ⁊c.

Prima pars.

q Uantum ad pᵐ vbi tangit ꝛc. ꝙ
ꝓbat ꝛc. dic̃ tũc locut⁹ ẽ ihs ꝛc.
vbi q̃ttuoꝛ poſſum⁹ ꝯſiderare. ſ.
Collectõem familiarẽ i audiẽdo.
Cõdictõem paſtoꝛalem i ꝑſidẽdo.
Monitõem ſalutarem in obſequẽdo.
Rõnem moꝛalẽ in cõfirmando.
¶ Qᵐ ad pᵐ dic̃: tunc loquutus eſt ꝛc.
lʒ enim ſcribe ⁊ phei inſidiarent xp̃o. tam̃
turba ⁊ diſcipli eius tanq̃ʒ magis familia
res libenter audiebant eum. ¶ Qᵐ ad ſe
cundum dicit. ſuper cathedram Moy. ꝛc.
ſcribe qdem vocabantur qui legẽ ſciebãt.
phey xo q interp̃tant̃ diuiſi erant qdeʒ
hoies qui tanq̃ʒ habitu erant cõitate di
uiſi oñdẽtes ſe int̃ alios hr̃e vitaʒ religio
ſam ⁊ ſanctam. ad iſta xo duo genera ho
minum. pertinebant inter alios inſtruere
pplm ſimplicem de lege Moy. ⁊ diuinis
mandatis. ⁊ iõ dñr a xp̃o ſedere ſuper ca
thedram Moy. dum doctrinam ⁊ legem
Moy. docebant populum ꝙ per ſeſſionẽ
deſignatur. Naʒ ſm Jeronimũ per cathe
dram doctrinam intelligimus. ¶ Quan
tum ad 3ᵐ dicit. oia ergo q̃cunqʒ ꝛc. qꝛ eiʒ
lex illo t̃pe bõa erat. ⁊ ſcribe ⁊ phei iſtrue
bant de lege illa debebant in lege ſeruar̃.
⁊ operibus exercere. ſed qꝛ h̃ nõ faciebãt.
ideo Chriſtus admonebat turbas ⁊ diſci
pulos vt eoꝛum doctrinam audirent. non
tamen eis in operibus cõicarent. Unde
Orige. ⁊ ideo ne exiſtiment ꝙ qꝛ debent
eos audire non in operibus imittari: ſub
dit ſm vero opera illoꝛum nolite facere.
¶ Quantum ad quartum dicit. dicunt
enim ⁊ non faciunt. ſufficiens quidem ra
tio ad hoc ꝙ ſcribe ⁊ phariſey lʒ debeant
audire docendo, non autem imittari in
operando: quia ipſi non faciebant quod
alios docebant. ¶ Nam bona docebant
⁊ mala faciebant. de quibus repꝛehẽdẽ
do dicit Augu. bona loqui ⁊ mala facere.
non aliud eſt q̃ʒ ſeipſum iudicare. ¶ Iſti
tales ſolum habentes verba ⁊ non opera
poſſunt figurari per illam arboꝛẽ cui ma
ledixit dominus. de qua ſententialiter di
citur Math. 21. Quod cum Chriſtus ſe
mel veniret ad ciuitatem Jeruſaleʒ ⁊ exu
riret: videns arboꝛem fici ſecus viam ve
nit ad eam: ⁊ nihil inuenit in ea niſi folia
tantum: cui maledixit ait nunq̃ʒ ex te na
ſcantur fructus in ſempiternum: ⁊ areſa
cta eſt continuo ficulnea: ⁊ videntes diſci
puli mirati ſunt dicentes quomodo conti
nuo areſacta eſt. ¶ Ubi ſciendum eſt ꝙ
per ciuitatem Jeruſalem intelligitur mũ
dus in quo inſtar ciuitatis deberet eſſe ci
uium vnitas. ⁊ inſtar Jeruſalem pax ⁊ cõ
coꝛdia animoꝛum: ſed lʒ ſic deberet eſſe. ta
men eſt totum oppoſituʒ. vt ſic loquendo
de mundo ⁊ ipſius conditõibus poſſit di
cere dominus qñ multa narrauerit illud
Ezech. 7. Fac conculcationem qm̃ terra ple
na eſt iudicio ſanguinum ⁊ ciuitas plena
eſt iniquitate. ¶ Per exuriem xo Chri
ſti itlr̃ deſiderium ꝙ xp̃s quantum in ſe
eſt hʒ vt oẽs hoies ſaluentur: iuxta illud
p̃ma Thy. 2. Ip̃e vlt oẽs hoies ſaluos fie
ri ⁊ ad agnitõem veritatis venire. in iſto
igitur mundo quilibʒ inſtar arboꝛis debʒ
fructificare cui⁹ fructum ſunt opera bõa.
Sʒ lʒ ſic d̃beret eſſe: tamen multoc̃. accidit
ꝙ Chriſtus inuenit arboꝛem. i. hominem
iuxta viam habentem ſoluʒ folia ſine fru
ctu. ¶ Ubi ſciendum ꝙ per arboꝛem ſec⁹
viaʒ intelligi poteſt homo. cuius coꝛ iſtar
vie patẽtis ãbulantibus eſt apertuʒ ⁊ pa
ratum omnibus cogitationibus occurrẽ
tibus omnes vitioꝝ cogitationes vl̃ tem
ptationes recipiens ante miſſas. ¶ Per
folia vero decoꝛantiam arboꝛeʒ intelligũ
tur fallerata verba que multoc̃. habet mi
ſer peccatoꝛ. ſe ſimulando bonum ⁊ fala
citer commendando. ¶ Ad iſtam au
tem foliatam ideſt hominem Chriſtus
veniens ⁊ ſalutem eius querens: fru
ctus non inuenit bonoꝛum operũ ſʒ iueniꝫ



totalr̃ ſterilem. ſʒ multoc̃. de ſanctitate ſe
iactet tñ aduertat ſe miſer. ꝙ ſibi iſtar ar
boꝛis maledic̃ dñs. d. nunq̃ʒ ex te fructus
naſcat̃. ⁊ ſic ſtatim areſcit. ¶ Nam ꝑ iſtaʒ
maledictõem q̃ʒ xp̃s dat peccatoꝛi qñ mo
ritur ⁊ ex tunc nõ poteſt amplius in ſem
piternũ fructus bon⁹ facere. ⁊ ſtatim are
ſcit ⁊ efficit̃ ignem inferni pabulũ ſempi
ternũ videntes aũt angeli ⁊ ſancti q ſunt
in p̃ria cõtra peccatoꝛem datam diuinam
ſniam admirãtes ſimul ⁊ comẽdantẽ diui
nam iuſticiaʒ inſtar aplõꝛum poſſunt dr̃e
ecce q̃uo cito aruit. vt ſic de ipſo ⁊ de ſuis
ſimilibus dici poſſit illud Trenoꝝ. 4. Ad
heſit cutis eoꝛũ oſſibus aruit ⁊ facta eſt
quaſi lignũ ne igitur iſtam tam duraʒ ſen
tentiam maledictõis xp̃i ⁊ penalitatuʒ in
ferni incurrant hoies ex defectu bonoꝛuʒ
operum admonent̃ Luc. 3. vbi dicit̃ facite
ergo fructus dignos penitẽtie. ⁊ ne cepe
ritis dicer̃ patrem habemus habraã. q. d.
ꝙ null' demeritis celoꝛũ ⁊ virtuoſis ope
ribus debʒ gloꝛiari inaniter ſicut ſanctita
te patriarche habꝛaam gloꝛiabant̃ iudei
nec eoꝛum vita debet eſſe ſoluʒ in verbis
falleratis ⁊ pulchꝛis ſʒ ⁊ in op̃ibus bõis.

Secunda pars.

s Equit̃ alligant enim honera ꝛc.
vbi tangit exceſſuʒ debite coꝛre
ctionis. ꝙ ꝓbat pẽitẽtia ipoꝛta
bil̃. Nam ſcribe ⁊ phei volentes ſe iuſtifi
care coꝛam populo imponebant ſimplici
bus hominibus onera grauia cogebant
eos ad eoꝛum obſeruantiã. ⁊ ſic ſecundum
Criſoᵐ. dupliciter erant repꝛehenſibiles
ſ. ꝙ nimis erant auſteri ſubditis. ⁊ ſibi ni
mis remiſſ. ¶ De talibus ꝑſidentibus ⁊
ſubditis indebite ꝑcipientib⁹. ⁊ ip̃os gra
uis oneribus aggrauantibus loquitur
pulcerrime Criſo. ſuper Mat. d. Tales
autem ſunt qui graua pondus venienti
bus ad penitentiam imponunt. ⁊ ſic dum
pena pꝛeſens fugitur contẽnitur pena fu
tura. ⁊ ponit exemplum ſubdens. ſi enim
faſſum ſuper humeros adoleſcentis queʒ
non poteſt baiulare poſueris neceſſe ha
bet aut ipſum reiciat aut ſub pondere con
fringantur. ¶ Sic ⁊ in homini graue põ
dus penitẽtie ponis neceſſe eſt vt aut pe
nitentiam reiciat aut ſuſpiciens dum face
re non poteſt ſcãdalizat⁹ amplius peccet
⁊ inducens nos ad miſericoꝛdiam magis
q̃ʒ ad auſteritateʒ ſubdit deinde ſi eram⁹
modicam penitentiã imponentes. nonne
melius eſt pꝛopter miſericoꝛdiã reddere
rationem q̃ʒ pꝛopter crudelitatem. ⁊ ad h̃
addit rationem ſubdens. vbi paterfami
lias largus eſt diſpenſatoꝛ non debet eſſe
tenax. ſi deus benignus vt quid ſacerdos
eius auſterus. ⁊ ſubdit optimũ documen
tum. d. vis apparere ſanctus circa tuam
vitam eſto auſterus: circa alioꝛũ benign⁹
audiant te homines pauca mandantem ⁊
grandia facienteʒ. ¶ Nam nimis aggra
uãtes ſuos ſubditos poſſunt figurari per
roboam de quo ſentẽtialiter dicitur. 3. Re.
12. Quod omnis multitudo Iſrl̃ vẽit ad
ipſum vt alleuiaret eos a iugo ⁊ onere
impoſito eis per patrem ſuũ regem Sa
lomonem. d. pater tuus duriſſimũ iugum
impoſuit nob̃ tu itaqʒ paululũ minue de
impio patris tui duriſſimo qui impoſuit
⁊ ſeruiem⁹ tibi qui habito conſilio ſenio
rũ qui magis experti erant conſuluerunt
ꝙ ꝯdeſcẽderet petitioni populi ⁊ loquere
tur ad eos verba leuia vt ſic poſſʒ eos in
amoꝛe ſibi retinere ipſe vero tanq̃ʒ fatu⁹
relicto conſilio ſenioꝛum habuit conſiliuʒ
iuuenũ qui fuerant cum eo nutriti ⁊ erãt
inexperti qui conſuluerũt ſibi. d. ſic loque
re poplõ huic. ⁊ locupletati ſũt ad te. d. pr̃
tuus aggrauauit iugum noſtrum tu rele
ua nos: minimus digitus me⁹ groſſioꝛ ẽ
patris mei ⁊ nunc pater meus poſuit ſu
per vos iugum graue. ego autem addam
ſuper iugum veſtrum pater meus cedit
vos flagell'. ego autem cedam vos ſcoꝛ
pionibus. cumqʒ populus audiſſet reſpon

ſionem tam durã turbati fuerunt.⁊ ſic
a ſuo dominio receſſerūt. ¶ Ubi ſciendū
ꝙ per regem roboam qui dure reſpondit
popl'o ſibi ſubdito ipſo oneribus volens
aggrauare intelligitur quilibet dominus
temporalis q̃ʒ ſpiritualis qui aggrauat i
debite populum ſibi ſubiectum tempora
lis per talias ⁊c.ſpiritualis per excōmu
nicationes vnde ſignāter hic rex dictus
eſt roboam qui interpretaꝛ diſſipans po
pulū.quia multoꝫ.per talia indebita gra
uantia deſolatus populus conſidera tam̄
cur rex roboam fuit paſſus . quia derelin
quendo conſilium ſeniorum.i.iudiciuʒ ra
tionis adheſit conſilio iuuenū.i.affectiōi
ſenſuali ⁊ crudelitati.

Tertia pars.

Equitur omnia vero opera ſua
faciunt ⁊c.vbi tangit aſpectum
vane intentiōis ꝙ probat appa
rentiaʒ faminis.vbi Criſo.ſupra domin⁹
arguerat ſcribas ⁊ phēos crudelitatis.⁊
negligentie ꝯſequenter arguit inanis glo
rie q̄ facit eos a dō recedere ſꝫ ħ hic duo
poſſumus ꝯſiderare.ſ.
Reprehēſionem generalr̄ factaʒ.
Reprehēſioneʒ ſpālr̄ter explicatā.
¶ Quantū ad primum dicit omnia ope
ra ⁊c.Nam ſcribe ⁊ phei opera que facie
bant lʒ aliqua de ſe eſſent bona.tamen ea
inficiebāt inanem gl'am admiſcēdo.q: illa
faciebāt vt viderenꝛ ab hoīb⁹ ideo ꝑmo
in generali repħēduntꝛ a xp̄o.¶ Quantū
ad ſcōm dicit dillatant phylateria ſua ⁊c.
Nam ſcribe ⁊ phei tanq̄ʒ ypochrite erant
repħenſibil's q: in duobus ꝑncipalr̄ oſtē
debāt ppl'o ſanctitatē.ſ.i mandatoꝝ apri
obſeruatōe.ꝙ dicit in phylaterioꝝ dilatō
ne ⁊ in ipſorum iugi recordatiōe ꝙ oſten
dit in fymbriaꝝ magnificatōe xp̄s igitur
ne inſtar ſcribarū ſimus ypochrite admo
net nos Mat.6.d.Cum ieiunatis nolite
fieri ſic ypochrite triſtes extermināt eniʒ
facies ſuas vt appareant hoīb⁹ ieiunan
tes.quib⁹ tamen cōminaꝛ nē dānationis
eterne.d.Mat.23.Ue vob̄ ſcribe ⁊ phei
ypocrite qui ſil's eſtis ſepulchris dealba
tis que afforis apparent hoībus ſpecio⁹
intus vero plena ſunt omni ſpurcitia ⁊ oſ
ſibus mortuoꝝ.

Quarta pars.

Equiꝛ amant ēt ꝑmos acubitus
⁊c.vbi tangit affectū ellate am
bitiōis per ſuperbiā ꝙ ꝓbat ex
cellentia culminis vbi quattuor poſſum⁹
cōſiderare ſed ſcribe ⁊ phei honoris inde
biti quadruplicem inordinatū appetitum
habebant.ſ.
In cōuiuijs corpora reficiēdo.
In eccl'ijs alijs ꝑdicando.
In locis publicis iuſticiā ſimulādo.
Ubiqʒ ſapientiā generalr̄ ꝑtendendo.
¶ Quātū ad pᵐ dicē amant āt ꝑmos acu
bitus in cenis.Nam i cenis ⁊ in cōuiuijs
tractanꝛ illa que ptinēt ad corpus.⁊ q: in
talibus cōueniunt ſcribe ⁊ phei.volebāt
collocari in locis ꝑncipalioribus.tū vt me
lius ſeruireꝛ eis.tū vt pre ceteris viderē
tur digniores.contra tamen doctrinā xp̄i
Luc.18.Dñtes cum inuitatus fueris ad
nuptias nō diſcūbas in ꝑmo loco.¶ Qᵐ
ad ſꝫm dicit primas chatedras in ſynago
gis.Nam in ſynagogis ꝯueniebāt hoīes
quantū ad ſpūalia.quia ibi docebanꝛ in le
ge:⁊ ibi erant multe chatedre quorū pri
mas ⁊ principaliores appetebant ſcribe ⁊
phei.vt ſic quilʒ eorum fuerit ille ſupbus
princeps tyri de quo dr̄ Ezechiel'.28.Qđ
elleuatū eſt cor ſuū ⁊ dixit deus ego ſum
⁊ in cathedra dei ſedeo.in corde maris.
¶ Quantū ad tertiū dicit ⁊ ſalutatiōes i
foro ſcribe qdem ⁊ phei tanq̄ʒ ſe magnos
⁊ dignos reputātes volebāt ſꝫm Criſo.ꝓ
ueniri ab alijs in ſalutatiōibus nō ſolum
quantū ad tp̄s ⁊ in loco cōi.ſʒ ēt cū ſignis
exterioꝛib⁹ puta vt euidēti ſig° vocali vt
ad alioꝝ pueniret notitiā ⁊ cū depoſitiōe
capiꝫ.⁊ inclinatōe capiꝫ.⁊ alijs reuerētie



ſignis.vt quilʒ dīcet eis illud.ꝙ cuſi abſa
lon.2.Sꝝ.16.Salue rex.¶ Quantū ad 4ᵐ
dicē ⁊ vocari ab hoībus rabi.Naʒ ipi tāq̄ʒ
ſupbi vbicūqʒ eſſent nolebāt vocari noīb⁹
ꝓprijs ſed noībus ſignificātibus dignita
teʒ vñ Criſo.ſup Mat.Uocari volunt ñ
eſſe appetūt officium negligunt.

Quinta pars.

Equiꝛ vos āt nolite vocari rabi
⁊c.vbi tangit ꝑfectum virtuoſe
ꝯdictionis.ꝙ ꝓbat exnītia hūil'.
aliqs aūt volens aᵐ a malo retrahere ⁊
ad boᵐ inducere dʒ ſibi ꝓponere dānum
que ſequiꝛ male faciēdo.⁊ vtilitateʒ q̄ʒ ſe
quiꝛ boᵐ faciēdo xp̄s igiꝛ volēs turbas
⁊ diſcipulos qbus loquebaꝛ aſſiml'ari ſcri
bis ⁊ phēis ſupbis īducit eos ad humili
tatis virtutem oſtendens defectū qui ſeq
tur ad ſuperbiaʒ ⁊ perfectum ſequentem
hūilitatem ſecundū ħ igitur ħ.3.poſſum⁹
conſiderare.ſ.
Diſſuaſiōem vanitatꝫ extollētis.
Perſuaſiōeʒ hūilitatis decorātis.
Expꝛſſionem diuerſitatꝫ ꝯñtis.
¶ Quantū ad primū dicit nolite ⁊c.quā
tum ad ꝑſens ſpectat homo pōt propter
tria inaniter exaltari.ſ.
Propter ſapiētiā in cognoſcēdo.
Propter potentiā in ꝑſidendo.
Propter ſanctimoniā in cōuerſando.
¶ Et ſecundū ħ hic triplicem diſſuaſionē
ꝯſiderare poſſumus.ꝙ xp̄s diſcipulis fa
cit ne inaniter extollanꝛ.ſ.ꝑminētie veri
tatis quantū ad cognitōeʒ.ꝑminentie po
teſtatis quantū ad ꝑlationem.ꝑminentie
bonitatis quantū ad ꝯuerſationē.¶ Qᵐ
ad primū dicit vos autem nolite ⁊c.Naʒ
rabi idem eſt ꝙ magiſter de ratiōe auteʒ
magiſtri ē habere ſcientiā ⁊ veritatis co
gnitiōem đ qua nullus ſecundū Criſoᵐ.
ſuper Mat.debet extollere nec inaniter
gloriari cuius rationem aſſignat xp̄s.d.
vnus eſt enim magiſter vr̄.Nam quia ꝓ
prie in deo eſt ſapiētia ideo ſcđʒ Criſoᵐ.
ſup Mat.Ipſe ſolus dʒ noīari magiſter
de quo Is.50.Dñs mihi erigit aurem.⁊
audiā euʒ quaſi magiſtrū.¶ Quantū ad
ſecundā diſſuaſionem dicit oēs autem fra
tres eſtis.Nam pr̄ eſt nomen honoris.⁊
ꝑſidentie.quia pr̄ filijs preeſt . Hanc aūt
ꝑſidentiaʒ nullus dʒ appetere reſpectu al
terius.⁊ ſi aliq pr̄ vel prelatus inter alios
ordineꝛ.extolli nō debʒ.iuxta illud Eccl'ı.
32.Rectoreʒ te poſuerūt.noli extolli eſto
in ill' quaſi vnus ex ill'.cuius rationem aſ
ſignat xp̄s.d.vnus ē enim pr̄ vr̄ qui i ce
lis eſt. đ quo. Deuteronomij.32.Nunqd
non ipſe eſt pr̄ tu⁹ qui poſſedit feē ⁊ crea
uit te.q.d.imo veraciter ipe eſt pr̄ tu⁹.nō
auteʒ patres tēporal's.¶ Licet aūt ſic dš
ſit humani generis pr̄ ⁊ dñs tamen de fi
lijs ꝯqueritur dñs Malach.1.Filius ho
norat pr̄em ⁊ ſeruus dñm.ſi ergo pr̄ ego
ſum vbi eſt honor meus ⁊ ſi dñs ego ſuʒ
vbi eſt timor meus.q.d.fili⁹ ex amore de
bet honorare pr̄em.⁊ ſeru⁹ ex timore do
minum ſed vos nec amore vt filij me ho
noratis vt patreʒ nec ex timore ſerui me
timetis vt dominū.ſed magis ſicut degē
neres filij ⁊ proditores ſerui exhibetis ⁊
in reuerentiam dum mala cōmittere non
deſiſtitis . non aduertentes miſeri ꝙ ſcri
bitur Deutero.27.maledictus qui nō ho
norat patrem ſuum.¶ Quantum ad ter
tiam diſſuaſionem dicit nec vocemini ma
giſter.Nam ad magiſtruʒ pertinet alios
docere tam verbo veritatis q̄ʒ exemplo
humilitatis vel bonitatis ſuperi⁹ igitur
ſuaſit diſcipulis ne vocarentur rabi quod
idem eſt ꝙ magiſter . ¶ Quantum ad
magiſtrum pertinet docere verbo.ħ au
tem inquantum magiſtrum pertinet do
cere exemplo.in quo diſſuadet eis ne ali
quis arrogetur preminentiam bonitatis
quantū ad cōuerſationem cuius ratiōem
aſſignat .d . quia magiſter veſter vnus
eſt Chriſtus de quo Luce vigeſſimoſe
cundo Magiſter ſcimus quia verax es

⁊ viam dei in veritate docee. ¶ Quãtuʒ
ad ſecundum dić. igiẜ qui maioꝛ eſt vr̃m:
erit miniſter veſter: ad perfectõem enim
moꝛalem hominis non ſufficit ꝙ ſoluʒ ex
tirpenẜ vicia niſi iſeranẜ virtutes. ⁊ iõ ſm
Criſo. in omel'. poſtq̃ xp̃s diſſuaſit diſci
pulis ſuperbiam ⁊ inanem gl'iam. nũc eis
ſuadet humilitatꝭ virtuteʒ. d. igiẜ q maioꝛ
eſt ⁊c. Nam ſm Remigium. Quicunqʒ
vult fratrem ꝑuenire regnando: neceſſe ẽ
vt illum ꝑueniat obſequẽdo. ¶ Quantuʒ
ad 3ᵐ dić. q autem ſe exaltauerit ⁊c. Naʒ
ſtipẽdium ꝙ ſequiẜ per ſuperbiam ⁊ elle
tõem erit humiliatõ ⁊ deiectõ in inferno.
Iuxta illud Iſ. 2. Dies dñi ſup omnẽ ſup
bum ⁊ excelſum ⁊ humiliabitur ⁊ arrogã
tem ſtipẽdium ꝙ conſequiẜ ex humiliatõ
ne per obediẽtiam ⁊ miniſtratõnem erit
exaltatõ cum angelis in celo. Iuxta illud
Iob. Qui humiliatus fuerit erit in gl'ia.
⁊ q inclinauerit oculos ſuos ſaluabitur.
¶ Sciẽdum eſt aũt ꝙ iſtud ꝟbũ q ſe exal
tat humiliabiẜ ⁊c. ter poniẜ in euangelio.
ꝑ h. 2° Luć. 24. 3° Luć. 28. ad deſignandum
ꝙ hõ dʒ triplicem hr̃e humilitatem. ſ. coꝛ
dis. oꝛis. ⁊ operis. De pꝛia dić xp̃s math.
21. Diſcite a me qꝛ mitis ſum ⁊ humil' coꝛ
de. ⁊ h eſt humilitas ꝙ perſuadebat illa ꝓ
biſſima Iudith hominibus Betulie. De
ſecunda humilitate Iudith. 9. humilium
⁊ manſuetoꝝ ſemper tibi placuit depꝛeca
tio. De tertia dr̃ eccl'ci. 25. Oro humilian
tis ſe nubes penetrat. ⁊ Iudith. 8. Humi
liemus illi. ſ. deo aias noſtraſ. ⁊ in ſpiritu
ꝯtrito ⁊ humiliato ſeruientes illi dicamꝰ
flectentes dñe vt ſm voluntatem ſuaʒ fa
ciat nobis miſericoꝛdiam ſuaʒ. ¶ De hu
militate opis dicit Dauid. 2. Rȩ. 6. Vadaʒ
⁊ vilioꝛ fiam pluſq̃ʒ factus ſum ⁊ ero hũi
lis in oculis meis. h humilitas eſt ac̃ab
ꝑꝑ q̃ʒ ſibi pepercit dñs. de quo Iſ. dixit
3. Rȩ. 21. Nõne vides Achab humiliatum
coꝛam me: qꝛ igiẜ humiliatus eſt mecum
non ducam malum in diebus eius: h ſup

boꝝ humiliatio: ⁊ humilium exaltatio de
qua fit hic mentõ fuit figurata Dañ. 4. in
Nabuć. rege. Require in dominicali po
ſtilla, 51. euãgelio pte. 4. ¶ Ad hanc ocãʒ
triplicem humilitatem nos hoꝛtaẜ apl's
Ephi. 4. d. Obſecro itaqʒ fr̃es ego iũctus
in dño vt digne ambuletis vocatõe q̃ vo
cati eſtis cum omni humilitate ⁊ manſue
tudine. ſoliciti ſeruare vnitatem ſpiritus
in vinculo pacis vt ipe nobis tribuat pa
cem i pñti ꝑ gr̃am: ⁊ in futuro ꝑ gl'iam.

## ¶ Feria. 4ª. dominice ſecũde in. xlª

Scẽdẽs yh̃s ieroſolimam
aſſumpſit. 12. diſcipulos ſu
os ſecreto. ⁊ ait illis. Ecce
aſcendimus ieroſolimaʒ ⁊c.
Math. 20. Officium boni
paſtoꝛis ſiue pꝛelati eſt ſuos ſubditos ad
monere ne timeant futura pericula repꝛi
mere ⁊ coꝛrigere ipoꝛum pꝛeſumptionem
⁊ audatiam. ⁊ ipos inſtruere qualiter iter
ſe debeant moꝛalr̃ conuerſari. pericula ãt
minus timenẜ ſi anteq̃ʒ. ueniant nuncian
tur: iuxta illud Grego. i oml'. Minus eiʒ
iacula feriunt que pꝛeuidenẜ ⁊ nos tolle
rabilius mundi mala ſuſcepimus ſi ꝯ h
ꝑ ꝓuidẽtie clipeũ monimur: ꝓſumptõ ꝟo
⁊ audatia repꝛimitur quando audaci ⁊ ꝓ
ſumptuoſo ſua conditio intimatur. ¶ Ni
ex hoc ꝙ aliq ſunt qui cognoſcunt ſeipſos
in pꝛeſumptõnem ⁊ audatiam: multoć. eri
guntur. de qbus gal'. 6. Si quis exiſtiat
aliqd eſſe cum nihil ſit ipe ſeducit. Vita
ꝟo moꝛalis ⁊ ſotialis cõſiſtit in mutuo ob
ſequo. ⁊ humilitaẜ exercitatõ vt ſic ſint iu
xta illud Ro. 12. Caritatem inuicem frat
tatis diligentes. honoꝛem inuicem ꝑuenĩ
entes. ¶ Xp̃s igitur bonus paſtoꝛ cuius
eſt futura cognoſcere. erroꝛes coꝛrigere. ⁊
moꝛes oꝛdiare ſciens ſuis diſcipulis ex
paſſione ſua futura iminere periculum ⁊
timoꝛem: ipam eis pꝛenuntiat vt minꝰ ti



meant. ⁊ eos arrogantes ⁊ indiſcretos in
poſtulationibus repꝛehẽdit ⁊ coꝛrigit ne
permaneant in erroꝛe. ſciens etiam eos
adhuc inter ſe inuidos. ipos ad conuerſa
tionem humilem ⁊ caritatiuam inducit.
hoc autem facit in euangelio hodierno i
quo tanguntur q̃ttuoꝛ. ſ.
Pꝛediciẜ occaſio periculi iminẽtis.
Induciẜ petitõ bñficij excellentꝭ.
Coꝛrigiẜ ꝑſumptõ aimi arrogantꝭ.
Innuiẜ ꝯditõ collegij ꝯuiuentꝭ.
¶ Pᵐ pꝛobat moꝛtis expꝛeſſio doloꝛoſa
Secũdum muneris poſtulatio viſceroſa.
Tertiũ xp̃i reſponſio luminoſa. Quartuʒ
gregis infoꝛmatõ virtuoſa. Pꝛimum in
pnº. ſm ibi. tunc acceſſit ad eum ⁊c. tertiũ
ibi. rñdens yh̃s ⁊c. 4ᵐ ibi. ⁊ audientes q̃
druplicẽ idignati.

### Pꝛima pars.

Vantum ad pꝛimuʒ vbi tãgit ⁊c.
ꝙ ꝓbat ⁊c. dić. Aſcẽdẽs yh̃s ⁊c.
xp̃s enim ſua bẽignitate non ſo
lum paſſionẽ ſuam iminẽtem diſcipl'is an
nunciat. ꝗ qua non modicum turbanẜ: ſed
ad eoꝝ ꝯſol'onem pꝛedicit eis ſuam reſur
rectõem futuram: vt ſic eis dicere potue
rit illud Io. 16. Vos quidem triſtitiaʒ ha
betis. Iterũ auteʒ videbo vos ⁊ gaudebit
coꝛ veſtrum. Unde hic quattuoꝛ poſſumꝰ
conſiderare. ſ.
Obſequium virtuoſum ⁊ imitabile.
Collegium gr̃oſum ⁊ amicabile.
Supplicuũ ignominioſum ⁊ cõpaſſibile.
Solatiũ gaudioſum ⁊ delectabile.
¶ Qᵐ ad pᵐ dić. Aſcẽdẽs yh̃s ⁊c. Nam
xp̃s exñs in iudea vltra ioꝛdanẽ q̃ reſpe
ctu ierᵐ ẽ in iſimo ſitu: volẽs ide aſcẽderẽ
ieroᵐ. ſuã eis ꝑdicat paſſionẽ. ¶ Sciẽ. eſt
ãt loqndo ſpũalr̃ ꝙ ꝑ ieroᵐ q̃ iterꝑtatur
viſio pacis intll'r ciuitas btoꝝ: i q̃ omnis
pax ⁊ tranqlitas repit. ſi ãt ad eã volumꝰ
ire dʒ nos ñ ꝯmergi ꝑ pccã. ſʒ aſcẽdere ꝑ
opa bõa. ¶ Modꝰ ãt aſcẽdẽdi ad illã ci
uitatẽ ſupnã fuit figuratꝰ. 4. Rȩ. 2. In aſcẽ

ſiõe Elie i celũ. vbi dr̃ ſnialr̃ ꝙ cũ dñs vel
let elleuare Eliam ⁊ ipm ducere in ꝑadi
ſum terreſtrẽ ꝙ ipe iter alia iuit ad tria
loca. ſ. in bethel. in Ierico. ⁊ ad ioꝛdanem:
⁊ inde aſcẽdit in celuʒ. i. in paradiſum ter
reſtrem. ¶ Ubi ſciẽdũ ꝙ ſi hõ vult in ce
lum aſcẽdere. ¶ Pꝛimo dʒ ire in bethel.
Nã per bethel q interꝑtatur domus dei
intll'r anima cuiuſlibʒ hois q dʒ eẽ domus
dei ⁊ tẽplum ſpũale ꝑ gr̃aʒ. ad iſtã domũ
dʒ qlibet venire. i. aiam ⁊ conſciẽtiam iue
ſtigare. ſi in ipa ſit aliq̃ macula pcci. vl' aliꝗ
qd ꝙ diſpliceat deo. ⁊ omnia talia ab ipſo
expellere ꝑ amarã contritõem. integrã cõ
feſſionem. ⁊ debitam ſatiſfactõem. ¶ 2° dʒ
bet ire in iericho: que vno modo interpꝛe
tatur odoꝛ: qꝛ poſtq̃ʒ expulit vitia ꝙ deſi
gnatur per iter in bethel: dʒ ire i iericho
i. facere aiam ſuam odoꝛiferam deo ꝑ ſan
ctas cogitatões ⁊ oꝛnamentum. ¶ 3° dʒ
ire ad ioꝛdanem qui interpꝛetaẜ riuus ſi
ue fluuius illius q dʒ indicare mundum
ſ. xp̃i yh̃u q dić de ſeipſo Io. 5. Quod de
dit poteſtatem ei pater iudicium facere.
qꝛ filius hominis eſt. ¶ Fluuius igitur ſi
ue riuus eius eſt pꝛetioſus ſanguis ipſiꝰ.
q̃ʒ pꝛo redemptõe humani generis effu
dit: qui dicit de ſeipſo eccl'ci. 24. Ego qua
ſi fluuius doꝛix que interpꝛetaẜ medicamẽ
tum. ⁊ ſanguis eius fuit medicina humaĩ
generis. poſtq̃ʒ igiẜ homo peccata dimiſe
rit ⁊ animam odoꝛiferaʒ fecerit: vt ſupꝛa
debʒ ioꝛdanem. i. ad fluuium ſanguis chꝛi
ſti accedere paſſionem eius iugiter medi
tando. vt ſic meditando animam ſuam la
uet ⁊ purificet dum in hoc mundo viuit.
vt poſtmodum inſtar Elie qui de ioꝛdãe
aſcendiſſe in celum de contemplatõe paſ
ſionis Chꝛiſti transferatur ad celeſtẽ pa
triam: vt ſit de numero illoꝛum de quibꝰ
dicitur Apoć. 7. Hi ſunt qui venerunt ꝺ
tribulatione magna. ⁊ lauerunt ſtolas ſu
as in ſanguine agni. ⁊ dealbauerunt eas.
ideo ſunt ante thꝛonum dei. ⁊ ſeruiunt ei

die ac nocte in templo eius. ¶ Quantuꝫ
ad ſecundum dicit. Aſſumpſit .12. diſcipu
los ſuos ſecreto . Nam Chriſtus non aſ
ſumpſit multitudinem ad predicanduꝫ eiſ
ſuam paſſionem futuram.ſed ſolū.12. apo
ſtolos tanq̄ꝫ ſibi intimiores ⁊ firmiores
animo.ſi enim paſſionem ſuam ſm Criſo.
ſuper Math.nuntiaſſet infirmis ⁊ debili
bus forſitan ſcandalizati fuiſſent . ¶ Uel
ideo aſſumpſit ſolum.12. apoſtolos quan
do aſcendit ieroſolimā ⁊ paſſionem predi
xit. ad deſignandum ꝙ non omnes aſcen
dunt ad celeſtem patriam.ſignificatam p
ieroſolimam.nec oībus ānuntiat xp̄i paſ
ſio.effectiue aperiens paradiſi ianuam. ſꝫ
ſolum.12. apoſtolos .i. ſequentibus more
apoſtolorum.p poſſe vitam Chriſti.ſi vis
igitur paſſionem Chriſti tibi fore proficu
am ⁊ in celū aſcēdere:xp̄o ⁊ apoſtolis poſ
ſibiliter te conforma. dr̄ autē xp̄o aſſum
pſiſſe.quia que pretioſa ſunt non debent
publice reuelare. ¶ Quantū ad tertium
dicit ⁊ ait ill̄ ecce aſcē.ieroſolimā ⁊c. Naꝫ
tunc aliqd ignominioſus dr̄ quādo circa
ipſum cōtigit plēs aggrauātes circūſtan
tias reperiri.q: igitur in paſſiōe xp̄i yh̄u
multa fuerūt ipſam aggrauātia ideo pōt
ignominioſum ſupplitium appellari. hic
igitur.6. poſſumus conſiderare que paſ
ſionem Chriſti quantum ad ignominiam
aggrauabant.ſ.

Loci ſublimitatem.
Subiecti ſanctitatem.
Modi malignitatem .
Collegij dignitatem.
Iudiciij crudelitatem.
Scrutinij diuerſitatem .

¶ Quantum ad primum dicit. Et ait ill̄.
Ecce aſcen. Ieroſolimā. Nam quando in
iuria facta alicui . fit in loco ſublimiori ⁊
notabiliori tunc eſt maioris vituperij. qa
igitur ciuitas Ieruſalem erat inter om
nes alias inſignis . Ideo cum Chriſtus
ibi paſſus fuerit :ſua paſſio ex loco fuit
obprobrioſa . ⁊ tunc impletum eſt illð di
ctum Luc.13. Non capit prophetam pire
extra Ieruſalem. ¶ Quantum ad ſbīi ſā
ctitatem dicit. Et filius hominis. Naꝫ qñ
perſona cui fit iniuria eſt ſanctior tanto
plus debꝫ iniuria ponderari . Quia igitur
Chriſtus erat ſanctitatis eximie q: erat
filius dei:iuxta illud Math.15. Uere fili
us dī erat iſte. Ideo ſm Criſo.ſup math.
ſua paſſio propter ſanctitatem ipſius fuit
magis ignominioſa. ¶ Quantuꝫ ad mo
di malignitatem dicit tradetur. Nam qñ
aliqs traditur alicui ꝓditorie ſpāliter a
ſuo domeſtico : maior fit ſibi iniuria :q̄ꝫ ſi
aliter ⁊ ab alio traderetur. Quia igit xp̄s
a ſuo diſcipl'o iuda traditus fuit prodito
rie. Luc.22. Oſculo filiuꝫ hominis tradis .
ideo fuit magis deteſtabilis . ¶ Quātuꝫ
ad collegij dignitatem dicit. Principib⁹
ſacerdotum ⁊ ſcribis. Nam quando perſo
na maioris eſt dignitatis ⁊ gradus.⁊ fac
iniuriam alteri . tunc eſt magis rep̄henſi
bile:q: abſtinere deberet a faciendo iniu
riam propter dignitatem ⁊ gradum. Cuꝫ
igitur principes ſacerdotum ⁊ ſcribe in
ter alios maiorem dignitatis gradum te
nerent :quia preſidebant alijs ⁊ erant ī le
ge periti.ideo Chriſti paſſio ex parte col
legij tāto magis eſt aggrauāda. ¶ Quā
tum ad iudicij crudelitatem dicit. Et con
demnabunt eum morte. Nam quanto pe
na grauior ⁊ vitupabilior tanto maior eſt
verecundia patienti . Cum igitur princi
pes ſacerdotum ⁊ ſcribe condemnauerūt
Chriſtum ad mortem que eſt grauiſſima:
⁊ ad mortem que erat latronum ſuppliti
um .vt ſic dicere potuerit illud Sap.2o.
Morte turpiſſima condemnemus eum .
Ideo paſſio Chriſti ex crudelitate iudicij
magis ponderatur. ¶ Quantum ad ſcru
tinij diuerſitatem dicit.⁊ tradent eum gē
ti. ad illudendum ⁊ flagellandum ⁊ cru
cifigēdum. Nam quando alicuius negoti
um a pluribus diſcutitur ſpecialiter alicī



ſenſis.tanto fit maior verēcundia illi qui
examinatur ab ipſis . Cum igitur Chri
ſtus examinationi Pillati poſt examina
tionem ſacerdotum traditus qui nō erat
de ppl'o iudeoꝝ. Ideo Chriſti paſſio quā
tum etiam ad hoc fuit magis dura .
¶ Traditus fuit autem Chriſtus Pilla
to ad deludendum in preiuditium ſapien
tie. Nam ipſe erat dei virtus ⁊ ſapientia
p̄ma cor.i.vt ſit pillatus draco ille quem
formaſti ad illudendum ei.in p̄s. Ad fla
gellandum in preiuditium innocenᵉ. Naꝫ
ipſe erat agnus ſine macula. Exo.12. Et h̄
eſt ꝙ dr̄ Io.39. Quod apprehendit Pil
latus yh̄m ⁊ flagellauit:vt potuerit Chri
ſtus dicere illud p̄s. Fui flagellatus tota
die. Ad crucifigendum in preiudiciuꝫ ſan
ctimonie. Nam ip̄e eſt ſanctus ſanctoruꝫ.
Dañ.9.⁊ hoc eſt ꝙ dr̄ Math.15. Hō erat
hora tertia ⁊ crucifixerunt eum. ¶ Uł ad
deludendum verbis ⁊ contumelijs.flagel
landum verberibus ⁊ percuſſionibus : ⁊
crucifigendum cum clauis ferreis:vł ad
illudendum in capite cum arundine per
cutiendo .calumnizando.⁊ conſpuendo: ⁊
flagellandum in toto corpore verberādo.
⁊ crucifigenduꝫ in patibulo extremitates
corporis perforando.⁊ lancea latus aperi
endo. ¶ Dicat igitur contemplator duo
tus ſtans ad arborem crucis ⁊ plorans .
O bone yh̄u ſaluator miſericors ⁊ omni
potens deus.cur dominetur tua potentia:
deridetur tua ſapientia.flagellatur ⁊ per
cutitur tua innocentia.pulchritudo ꝯſpui
tur.ſanctitas crucifigitur.⁊ vita moritur.
¶ Cur inq̄ꝫ iſta inaudita ⁊ mira ſiunt in
te domine yh̄u . niſi vt me faceres poten
tem in operando .ſapientem in cognoſcē
do.patientem in ſuſtinēdo me decorares
per veniam.ſanctificares per gratiam. vi
uificares per gloriam. ¶ Per me igitur
o domine Ieſu non pro te paſſus es h̄ ob
probria . quia tu es agnus ſine macula .
ego autem in iniquitatibus conceptus
ſum : ⁊ in peccatis concepit me maꝛ mea
in pſalmo. ¶ Cur igitur o miſer pecca
tor dum iſta audis non frangitur cor tu
um ſanguine quia ſua virtuoſa paſſio eſt
nobis remedium in omnibus ſingulare .
vnde Ber.ſuper cant.ſermone .22. paſſio
tua domine yh̄u Chriſte vltimum refugi
um.ſingulare remedium.deficientes ſapi
entia.iuſticia non ſufficientem ſuccumbē
tibus meritis illa ſuccurrit.cum tamē de
fecerit virtus mea non conturbabor :non
defido:ſcio quid faciam:calicem ſalutaris
accipiam: ⁊ nomen domini inuocabo.
¶ Quantum ad quartuꝫ dič. ⁊ tertia die
reſurget. Naꝫ ſi Chriſtus predixiſſꝫ diſci
pulis:ſolum mortem ſuam ⁊ non reſurre
ctionem cum ipſum multum diligerent.⁊
abſentia rei dilecte cauſas ⁊ triſtitiā . ma
